**Minor** probatur. quia ꝓput appropriātur his scientijs tunc permiscent̄ cum passionibus phisicis. Sicut in simili si sic dicatur. omne totū est maius sua parte. huiusmodi p̄ncipium est metaphisicale. si vero dicat̄ omnis linea tota est maior sua pte tunc est geometricale. si autē dicatur. oīs numerus totalis est maior sua parte ē arismetricum. Et ex hoc ptz q̄ nec ratio nec autoritas commentatoris aliquid concludit **Corrolarium** p̄mum scientie medie sunt aliꝫ subalternate: ⁊ minus proprie scientie. patet quia scientie medie vtūtur p p̄ncipijs proꝓsitōibꝫ alterius scientie ⁊ eas p̄supponunt. Et qz vtūtur propōibus demonstratis in aliꝫ scientijs. sic nō p̄prie facunt scire **Corrolariū** scōm. rōuabile est concedere predictas scientias medias esse ceteris principaliores. ptz p Aresto. q̄ de de illis tribꝫ solum facit mentōez per hoc innuens q̄ sunt magis p̄ncipales Sed possunt poni quedā alie illis subalternate. sic̄ ars naualis q̄z subalternatur astrologie. ⁊ ars factiua organorum que subalternatur musice. et dicuntur minus principales.

Ad rationes. ad primam quid sit dicendum patet ex declaratione minoris. Ad secundam dicitur q̄ ille scientie dicuntur mathematice. ꝓpter p̄ncipia in q̄

finaliter resoluuntur. sz a principijs in que proxime resoluuntur dicuntur plus phisice

**Querit quarto.** Utrū semper sit eiusdē scie: materiā z formā ꝓsiderare Pro veritate z pte affirmatiua ē phs in littera. q̄ hoc ostēdit tribꝫ rōibus. Sz pro pte negatiua arguit. qz materia z forma differūt sicut actus et potētia q̄ habēt rationes disparatas. z nō parū dr̄nt vt dr in phemio d aīa. g̃ non pñt ptineri sub vno gñe scietie

**Maior** Nulla scientia formā q̄ est act⁹ materie: ꝓsiderat sine ꝓpria materia pfecte **Minor.** Si materiam ꝓsideret aliqua scia: tūc talis non est forme ignara **Conclusio.** Cōcluditur igitur forē eiusdē artis et scientie: tā formam cū ꝓpriā materiā considerare

Prima propō patz p ꝓsideratōem phi in lrā. nam sic in artificialibꝫ medicus considerās sanitatem etiam ꝓsiderat neruuz z humores que sunt materia sanitatis. ita etiā est in scientijs speculatiuis. Et p tāto Aristoteles in phemio de anima diffinit ōes passionuz datas sine ꝓprio subiecto vocat cassas z vanas. Sicut si diceret ira est appetitus vindicte. vel q tonitruū est sonus factꝰ in nubib⁹. Et g̃ Aristoteles scdo de aīa ꝓmendat illos q̄ aīm̄ diffiniuerūt p corpus phisicū z organicum Et rō oim. qz sicut res se habet ad esse ita ad cognosci z diffiniri. z per ꝓsequēs forma que est actus materie ad sui cognitōem requirit cognitōem huiꝰ materie Et ad hūc sensum loquit phs in littera q materia z forma dicūtur ad aliq̄d. qz sicut cognitio relatiui dependet a cognitione sui correlatiui. sic cognitio forme a cognitōne materie

Correlariū Rationabile est artes in nobis acq̄sitas: forē q̄sdam materie imitatōes. Ptz qz p̄ncipium operatōis artificialis est cognitio. sed ois nostra cognitio est p sensus a rebꝫ sensibilibꝫ accepta. z ideo ad siltudinē rerū naturaliū in artificialibꝫ operamur **Minor** patz similiter per siltudinē Aresto. de artificialibꝫ z naturalibꝫ. qz domificatorꝫ nō ꝓsiderat ligna z lapides nisi grā forme. nec medicus humores z neruū nisi grā sanitatis. Etiaz materia ē grā forme. z sic forma est finis materie. sz finis hz se in suo genere sicut p̄ncipiū in speculatiuis. vt dicit in isto scdo. sed p̄ncipio ignorato alia ignorant. igitur z̄c

Correlariū. aīa rōnalis: est de ꝓsideratōe phīe naturalis. ptz qz est forma corporis phisici organici. vt patz scdo de aīa **Conclusio** ptz ex supꝰ dictis z ex declaratōe phi **Ad rōem** dom q̄ materia z forma capiūtur dupl'r. vno mō extra genus analogie z ꝓportionis. z sic argumentū pcedit de eis. Alio mō capiunt vt hñt ad inuicē ꝓportōem. z sic cadunt sub ꝓsideratōe eiusdē scie

**Determinatis aūt his considerandum est.**

**Querit primo** Utrū quatuor z nō plura: sint causarū genera. Pro veritate z parte affirmatiua arguit auctoritate phi in lrā Sed pro parte negatiua arguit primo q sint plures. qz causa exemplarꝭ est cā. z tamē nō est aliqua istarū. g̃ z̄c. Añs pbatur. qz nō est materia nec finis vt supponit. nec est forma vel efficiens. qz rōe ab illis distinguit. sed distinctio rōis sufficit ad distinctōem causaruz vt ptz de forma efficiente z fine. q̄ aliquādo in re coincidunt Secūdo arguitur. materia est nō ens. quia nec quid nec quale nec quantum. ergo non erit causa. Etiā forma est causata respectu materie. qz dependet a materia in fieri. nec pōt naturaliter esse sine materia. z est effectus agentis. g̃ nō erit causa. Sil'r effectus pōt esse sine efficiente. ergo efficiēs nō erit causa. Et finis nō est. sz q̄ non est nullius est causa.

**Maior** Duplex ē causa per se intrinseca: scz materia z forma **Minor.** Efficiens z finis sunt due cause extrinsece: propter q̄s fieri quedam dicimus licet diuersimode **Conclusio** Igitur omniū causarū sufficientia: reducit ad predicta causarū quatuor genera

Maior patz. qz res naturalis ꝓponit ex materia tanq̄ ex vna parte. sicut homo ex carnibus et ossibus. z domus ex lapidibus z lignis. Sil'r altera ps intrinsece cōstituens rem naturalem est forma que vocatur spēs vl' rō. aut quod q̄d erat eē fm diuersas propetates sibi cōpetentes. Additur aūt in propositione (per se) propter differentiam puationis **Corrolariū.** diffinitio z q̄libet ps sua: cōtinetur reductiue sub formali cā. pz qz diffinitio fm eius potissimam acceptionem indicat quidditatem rei. sed q̄dditas in ordine ad suppositā in q̄bus ē habet se p modū forme. immo z ipa materia accepta in vl'i induit ꝓditionem forme fm q̄ induiduat in singularibꝫ

Minor ptz. qz domificatorꝫ est cā extrinseca ipius domus. sil'r sanitas dr cā propter quā cōponit potio amara. z sic constat q̄ sunt cause extrinsece Sed q̄ sint diuersimode cause ptz de causa efficiente. nā quedam est cā efficiens q̄ dicitur ꝓficiens dās complementū motui vel mutationi. s. q̄ introducit formā. q̄ forma est terminus mutatōis. alia ē cā pparās seu disponēs q̄ adaptat z disponit materiā seu subiectū ad huiusmōi vltimū cōplemētum. Alia est adiuuās. z est cā que nō operatur ad finez ꝓpriū sed ad finē alterius. sicut seruus operatur ad finem sui domini. Quarta ponit specialit' in his q̄ agunt a proposito. z dr causa ꝓsilians q̄ dat agenti formā per quam agit. nam agens a proposito agit p cognitōnem quam sibi tradit ꝓsilians. Sil'r pz in causa finali. vbi inuenitur finis grā cuius. z finis quo. sil'r z media accipiūt rōem finis p comparationem ad sua ꝓiora **Conclusio** ptz. qz cause vel sunt intrinsece vel extriusece. z sic cōsequēter subdiuidēdo vt pz in copulatis **Corrolariū.** Quenit idē fm rem z dr̄nis rōe: forē sub alio z alio genere cause. patz qz premisse possiunt dici causa materialꝭ respectu conclusionis. fm q̄ conclusio cōstituitur ex terminis premissarum. dicuntur etiam causa efficiens conclusionis inquantum noticia premissarum generat noticiam conclusionis Et possunt dici causa formalis inquantū medium positum in premissis indicat quidditatem diffiniti. et ita de alijs. **Ad rationes.** ad primam dicitur q̄ exemplar reducitur ad genus cause efficientis. nec est ratio exemplaris totaliter diuersa a ratione efficientis. sicut est ratio materie vel forme vel finis. sed est inclusa in ratione cause efficientis vel ad eam per se pertinens.

Ad secundam dicendum negando antecedēs. quia materia est ens licet in potentia Etiam non est inconueniēs idē eē cāz z effectū respcū diuersoꝝ vl' diuersimōe respcū eiusdē. sil'r pt effcūs eē sine cā. pducēte. sz nō sine cā

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

conseruāte Et finis fm q̄ est causa non est fm esse reale sed intentionale.

**Queritur secūdo** Utrum p̄dictarū causarū p̄dictiones: sit ad eas vere et p se cōcomitātes. Pro pte affa et affirmatiua est phs in textu. Sz p pte negatiua arguit primo q̄ cā et effectus opponūtur correlatiue. sz multiplicato vno relatiuoz multiplicat et reliquū. Secundo idē nō p̄t esse p̄us et posterius. q̄ idem nō p̄t esse cā et effect⁹ Tercio. idē ingz̄tum idē est aptū natū facere idē. sc̄do de generatōe. q̄ idē nō est causa p̄trioz

Maior Constat duas p̄prietates primas: esse ipsarū causaz̄ sequelas Minor Sc̄z quendam sensum p̄sentia et absentia: versant causaliter circa opposita Conclusio Igitur p̄dictis causis correlarie annexa: sunt ad eas vere et p se concomitantia.

Probat maior. q̄ ex hoc q̄ aliq̄d est compositum ex materia et forma oportz̄ q̄ habeat plures causas per se Sil'r propter causam efficientē et finalem oportz̄ q̄ mutuo sibīmunicē sint cause. vt pz de sanitate et ambulatōne

Correlariū. rōnabile est idem multipliciter diffiniri: posse et demonstrari. ptz q̄ diffinitio et demonstratio dātur p causas. et ideo fm legem causaz̄ oportet diffinitiones et demonstratōes regulari. Minor probatur exē plariter. q̄ nauta p p̄sentiam saluat nauē vt de se est manifestū. et q̄ tenetur esse pñs nauī in tpe opportuno si tunc (intent⁹ saltē illicitis) sit absens cōis fama euz accusat tanq̄z causam naufragij nauis Correlarium. nō quicq̄d fit ab alio absente: debet ab eo dici. p̄uenire. ptz q̄ dictum est in p̄ma sc̄da fm quendam sensum. q̄ nisi absentia sit certis circūstantijs modificata nō accusat absentem tanq̄z cām facti vt notū est. igit̄ ꝛc. Conclusio est satis nota p ea q̄ declarata sunt Ad rōes. ad primā dr̄ q̄ causa et effectus capiunt̄ hic materialr et absolute Ad sc̄dam dicendū q̄ idem fm diuersos modos p̄t esse p̄ius et posterius. Ad terciā dr̄ q̄ phs in sc̄do de generatōe loquit̄ de causa naturali. sz hic fit sermo d̄ causa libera et p̄uatiua q̄ potest esse eadem oppositorum Vñ illud dr̄ agere p̄uatiue quod natū est facere vnum p̄trariorum et nō facit p̄pter cui⁹ defectū sequit̄ aliud contrarium. sicut nauta absens est causa submersiōis nauis p priuatōem actionis ad salutē nauis. non tamen p̄prie dicitur causa efficiens

**Querit̄ tercio.** Utrū contingat in q̄libet genere cause: q̄sdam diuisiones sil'r assignare. Pro pte affirmatiua est phs in littera q̄ assignat q̄tuor diuisiones q̄s p̄tingit adaptare cuilibet generi causarū Sed p pte negatiua arguitur. q̄ ille sūt diuisiones entiū vt colligi p̄t ex diuersis passibus philosophie. ergo videtur q̄ non possint eē diuisiones causarū et causatorum

Maior Prime due illarū diuisionū: inueniunt̄ in q̄libet genere causaz̄ Minor Tercia diuisio et quarta: circūeunt omniū causarū genera Conclusio. Cōtingit igit̄ in q̄libet cārū et cātorū gñe: q̄tuor diuisiōes sil'r assignare

Prima ps maioris ptz ex p̄ma p̄dicōe libri de caus⁹ vbi exp̄sse declarat̄ q̄ causarū q̄dam est vl'is et p̄ma alia ē sc̄undaria et particularis. Ptz etiā inductiue. nā in gñe cause efficiētis (q̄d est aliis notius) ad generatōem hois concurrit hō et sol. hō sicut cā particularis et posterior. sz sol sicut cā vl'is et p̄or. q̄ sol ad plures generatōes p̄currit q̄z homin̄. Sil'r in gñe cause formal' viuū p̄supponit esse et viuū est p̄us et cōius q̄z intelligere. Et in genere cāe final' sanitas est causa p̄ior et vniuersalior q̄z potio amara. et felicitas q̄z sanitas Pari modo in genere cause materialis q̄ntitas est subiectū quoꝝūdam accēntium. sz corrūdez ipa materia p̄ma est subiectū p̄ius et vl'ius nā subijcitur forme substātiali cū qua facit p̄pos et p̄mam. sed q̄ntitas nō subijcit̄ alicui forme substātiali. Sil'r p̄t declarari sc̄da ps. nā domificator est p se causa domus. sz si sit medic⁹ tūc medicus est p accēns cā domus. Et ipsa materia p̄ma est p se p̄ncipiū transmutatiōis cui accidit p̄uatio q̄ est p̄ncipiū per accēns. Et pariformiter posset declarari in alijs causis. Minor patz. q̄ domificās noīat cām efficiētem in actu. sz aliqs dr̄ domificator q̄ est potēs ad domificandū. licet actu nō domificet Sil'r aliqs denominat sciens fm cām formalem. q̄ actu fm sciam consideratur. sz dr̄ sciens in potētia q̄dammodo q̄ habet sciam et actu nō p̄siderat. Sil'r lapides et ligna dicunt̄ actu materia domus q̄n sunt in domo facta. et etiā dicunt̄ materia domus domo nondum facta. Quā aūt quarta diuisio inueniat̄ in q̄libet genere ptz. q̄ dicimus q̄ domificator est causa domus. et q̄ policletus domificator est cā dom⁹ Et sil'r possumus loq̄ p̄plexe et incōplexe circa alia genera causaz̄ Conclusio relinquit̄ nota. q̄ in q̄libet genere inuenit̄ aliqua causa vl'is. et aliq̄ particularis. sil'r in q̄libet genere inuenit̄ causa p se et causa p accēns Īrē in quolibet genere inuenitur causa in actu et cā in potētia Etiā in q̄libet genere inuenitur cā p̄plexe noīata. et cā incōplexe noīata. Et addit Aristoteles q̄ similis diuisio currit in causatis. vt ptz faciliter p̄acticāti Correlarium p̄mum. sup̄adicti modi causarū: reduci possunt ad nūerum duodenarium. Ptz verbi gratia. causa vl'is. cā particularis. causa p se. causa p accidēs. causa complexa cā incomplexa faciunt senarium. et quelibet diuidit̄ p actum et potētiam. vnde duplicatur numerus. et fit duodenari⁹ igitur ꝛc Correlarium secundum Ex horum modorum causarum distinctione: conueniens est alia tria correlaria elicere Ptz quia primum est q̄ cause in actu operātes sunt simul. et non sunt simul cum suis causatis in actu. sicut hic medicās ē sil'cū h̄ hoie q̄ sanat̄. vel nō ē sil' cū h̄ hoie q̄ sanat̄ Sc̄dm est q̄ in naturalib⁹ oz sp supmā causam vniuscuiusq̄ requirere. et p̄batur in artificialib⁹ p simile. Tercū est q̄ causis debet p̄portionabiliter correspondere effectus. et est magistralis regula. q̄ effect⁹ particularis corrūdet cause particulari. et vl'is effect⁹ corrūdet cāe vl'i. Sil'r effect⁹ in actu corrūdet cāe in actu ꝛc̄is.

Dicitur aūt et fortuna et casus causarum et.

**Querit̄ primo.** Utrum de casualibus et fortuitis: sit scientia phisicalis. Pro parte affirmatiua est philosophus in littera. quia casus et fortuna sunt in genere causarum. sed philosophus natural' habet p̄siderare de causis. Sed pro parte negatiua arguitur. quia de ente p accidens non est scientia. sed casus et fortuna sunt ens tia p accēns. igitur. Maior est phi sexto metaphisice. Sz mior pz ex diffinitōe vtriusq̄. q̄ st̄ cāe p accēns. q̄ et entia

per accidens. Secūdo sic Arestoteles reēōmendat antiquos dicentes casum et fortunā esse causas humano intellectui īmanifestas. ergo de casu ⁊ fortuna nō est sciētia. Tenet ꝓsequētia. qz illud de quo est sciētia debet cē manifestū intellectui nostro.

**Maior. Que sunt incerta fm esse in re ad extra: fiūt certa cōiter ab intellectu cōsiderata.**

**Minor Cōsiderando in cōi casualia et fortuita: sic de ipsis pt̄ forē scientia Conclusio Pertinet igit̄ ad naturalem phiam: ꝓsiderare casum et fortunam**

Maior patz qz nullus effect⁹ casualis est nobis certus fm q̄ sibi cōpetit esse a sua causa in re ad extra. et tm passiones ⁊ ꝓprietates fortune ⁊ casus que eis attribuūtur in cōi sunt de eis certitudinaliter scite Rō minoris est. qz casualia et fortuita fm q̄ hm̄ōi habēt suas passiones. scz q̄ raro et in pauciorib⁹ eueniūt. q̄ nō habent causas determinatas neq̄ possunt cognosci. ⁊ sic de aliis Sed q̄ solū de eis in vlī sit scia patz. qz effect⁹ casuales fm q̄ in rerū natura ꝓsideranť: sic neq̄ semp neq̄ frequēter eueniūt: sed p accidēs. de talib⁹ aūt nō pt̄ esse scientia vt dicit̄ ꝓmo posteriorꝝ et sexto methaphisice. Et p hoc soluit̄ primū argumentū Conclusio ꝓbať. qz casus et fortuna sunt cause ꝓiūcte motui et materie sensibili. sed quecūq̄ sunt talia veniūt ad forē ꝓsiderationis phie naturalis Corrolariū primū. Antiq̄s obuiant signanter duo incōuenientia: qz nō determinauerūt de casu ⁊ fortuna. Patet nā primū incōueniēs est. qz ipsi ꝓtra cōem hominū famā loquūtur. qz cōiter q̄dam fieri dicūtur a casu ⁊ fortuna. licet effectus fortuiti cause ignorent. Si ergo h̄ sit verū. tūc male sub silētio trāsierūt. Si aūt nō sit verū: tūc antiqui phi debuerūt hoc reꝓbare. Tum secūdo. qz antiqui vsi fuerūt casu ⁊ fortuna. Sicut Empedocles dixit q̄ aer non semp est in loco quē nūc obtinet: nec terra deorsum. sed q̄n lis segregat oia: tūc casualiter vnū tendit ad vnū locū et reliquū ad alterū Corrolariū secūdū. Quidā moti duplici ꝓsuasione: negabāt casum ⁊ fortunā esse. Patet in copulatis circa declarationem prime opinionis. Corrolariū terciū. Quidā aliorū nimiū ꝓmiserūt excessum: ꝓcedētes fortunā esse ⁊ casum. Patz verbi gratia. qz q̄dam dixerūt oia celestia esse subdita casui ⁊ fortune. nō aūt ista inferiora. nam homo generat̄ ex hoie et oliua ex oliua. et hoc est signū q̄ determinati effectus requirūt determinatas causas in istis inferioribus. Contra illos dupliciter instat Arestoteles Primo qz incōueniēs est diuinioza ꝓmittere casui et fortune: et vilioza reducere ad determinatas ⁊ p se causas Secūdo qz in istis inferioribus multotiens inuenīt̄ q̄dam euenire inordinate et p̄ter intentionem causaz. sic aūt nō inuenit̄ in superiorib⁹. Corrolariū quartū. Opinio tercia dicens. q̄ fortuna sit q̄dā causa occulta: procedit ex radice vera: et tamē eius positio est simplicit̄ falsa. Patet qz ponēda est aliqua cā: scz deus gloriosus: cuius prudentie oia sunt subiecta. Sed est inconueniens talem causaz vocare fortunā. qz ꝓtra rōnem effectus fortuiti ē q̄ sit preuisus. Ad rōnes. ad primā quid sit dicendū patz ex declaratione minoris. Ad secundā dicendū q̄ phus non loquitur eodem modo de fortuna sicut antic. Est tamē verū q̄ fortuna fm phm est quodāmodo īmanifesta rōni. maxime qñ capitur p effectib⁹ fortuitis. quia ratio est eorū que semp fiunt et frequēter. sed fortuna fit p̄ter hec. Etiā cause fortuite sunt infinite. ideo fortuna est infinita. et per ꝓsequens rōni īmanifesta saltem in particulari.

**Querit̄ secūdo.** Utrum diffinitio Arestotelis de fortuna: sit quenienter assignata. Pro veritate ⁊ pte affirmatiua est sentētia Arestotelis in littera. qz phus inuestigat diffinitōem fortune p quatuor diuisiones: ex quibus colligit diffinitionem fortune tanq̄ bonaz. Sed pro parte negatiua arguitur primo. qz fortuna fm Arestotelem est ignota hominib⁹. ergo nō est diffinibilis. Et si dicatur q̄ Arestoteles tūc capiat fortunaz pro effectu fortuito. sed quādo ipsam diffinit accipit pro causa. et reducitur ad genus cause efficientis Contra. fm phm in textu: casus est natura. sed natura dicit̄ de materia ⁊ forma. ergo casus debet reduci ad causam materialē ⁊ formalē. et similiter fortuna.

**Maior. Due prime clausule posite in diffinitione: conuenienter attribuūtur ipsi fortune.**

**Minor Duplex clausula residua: bene enūciatur de fortuna. Conclusio. Igit̄ diffinitio fortune ex quatuor diuisionib⁹ venata: est cōuenienter assignata**

Maior patet. nam ꝓmo fortuna est causa p accidēs ex parte effectus inq̄tum effectus fortuitus ꝓiūgit̄ preter intentōem agentis effectui ab agente ꝓintento. Sicut inuentio thezauri ꝓiūgitur fossioni in agro. vel sanitas ꝓiūgitur pulimento facto a coco. quam tamē cocus non preintēdebat. Similiter est causa agens fm propositum scilz agentis fm volūtatem ⁊ intellectū. nā in hoc fortuna differt a casu. vt patebit inferius. Unde esse fortunatum ꝓprie solum hominib⁹ attribuitur. Minor patz. quia fortuna est in his que sunt extra semper ⁊ frequenter. non em̄ est in his que sunt semp ⁊ frequēter: vt supponitur. nec in his que sunt ad vtrūlibet p respectuz ad causam. qz nulla causa que indifferenter se habet ad vtrūlibet exit in actum: nisi p aliquid determinetur ad vnū. quia id q̄ō est ad vtrūlibet est sicut in potentia. sed potentia nō est principiū agendi sed actus Relinquitur ergo q̄ sit in his que sunt raro ⁊ in paucioribus ex sufficienti diuisione. Similiter fortuna est in his que sunt ꝓpter hoc quātum ad effectus preintentos. licet sit causa per accidens quātum ad effectus cōsūctos preter intentionem. Sicut casus in puteum preter intentionē ꝓiungit ambulationi alicuius de nocte Etiam fortuna est in his que sunt ꝓpter hoc. id est: est causa effectuū qui habēt notabilem bonitatem vel maliciam ꝓpter quā agens libere si sciusset egisset vel non egisset. Sicut mercator arripiens iter incidit in latrones: quod si pscisset ipse iter nō arripuisset. et hūc sensum innuit Arestoteles Conclusio relinquitur nota. quia colligēdo dictas particulas simul: tūc fit diffinitio omnino conuertibilis cū diffinito habens omnes particulas ad bonā diffinitōem requisitas ergo est bona. Ad rōnes ad primā dicit̄ vt prius. qz phus hoc dicit quo ad effectus fortune. quia ignotū est qui et quot sint effectus eius. eo q̄ tales in infinitū variari possunt. Ad secūdā dicit̄. q̄ casus et fortuna sunt cause formales vel materiales nō effectuū casualiū vel fortuitorū sub vlla ratione. sed aliorum.

**Querit tercio.** Utrū ꝓsuete ꝓprietates casus ⁊ fortune: insint ipsis simpliciter ⁊ vere. Pro parte affirmatiua videt esse phs in littera qui ponit sex ꝓprietates. quarum tres attribuūtur fortune a sapientib⁹. ⁊ tres a vulgaribus. Prima q eius qō est a fortuna cause sunt infinite Secūda q fortuna est imanifesta hoīb⁹. Tercia q a fortuna nihil dicit esse vel fieri. Quarta q fortuna ē sine ratione. Quinta q fortuna aliq dicit bona et aliqua mala Sexta q fm excessum quidā dicūtur habere eufortuniū. alij dicūtur habere diffortuniū. Sed ꝑ parte negatiua arguit. q aliqua istaꝝ ꝓprietatū ꝓtradicūt veritati. vt ꝑz manifeste de tercia. ergo nō sunt oēs simplr vere.

**Maior. Tres prime proprietates fortune: fm quēdā sensum sunt admittēde. Minor Reliqua tria quodāmodo recte dicuntur: que fortune vulgariter attribuūtur. Conclusio Igit sex ꝓprietates fortune ꝓsuete. nō sunt in toto vere nec in toto false**

Maior patz. q effectus fortuitus habz cām ꝑ accidens. et q infinita vni accidūt. hinc est q effectus fortuiti dicūtur esse quodāmodo infiniti. ⁊ q infinitum fm q hmōi est ignotū. inde est q fortuna dicit hoīb⁹ imanifesta Quia etiā causa ꝑ accidens non ꝓprie dicit cā. hinc est q q̄dāmodo verū ē nihil ꝓuenire a casu ⁊ fortuna. Et ita iste tres ꝓprietates ex eadē radice pullulant. videlz inq̄tum fortuna dicit causa ꝑ accidens. Minor patet. q fortuna dicit sine rōne. pro eo q effectus fortuitus ꝓuenit extra semp et frequēter. ratio aūt tantūmodo est respectu eoꝝ que sunt semp ⁊ frequēter. sexto methaphisice. Q aūt aliqua fortuna dicit bona vel mala. et q aliq dicūtur habere eufortuniū ⁊ diffortuniū satis experimē taliter est vulgatū Conclusio sufficienter patz ex pli batis. Silr quid sit dōm ad rōem satis relinqtur notū.

**Querit quarto.** Utrū inter casuz et fortunā: cōueniat ponere differentiā. Pro parte affirmatiua est Aristoteles in littera qui ponit duplicē differentiā inter casum et fortunā. Sed pro parte negatiua arguit. q oīs fortuna est casus. ergo male assignātur differētie inter illa tā q̄ inter oppōsita. Tenet ꝓsequētia. q vnū oppositoꝝ nō verificatur de alio.

**Maior. Fortuna reperitur proprie: respectu agentiū ex deliberatiōe. Minor In agētib⁹ nō fm ꝓpositum: ptingit euenire casum ⁊ eius effectū. Conclusio. Licet igit casus sit in plus q̄ fortuna: tñ ptingit eoꝝ fieri distinctionē sicut iter oppōsita**

Maior ꝓbat. q fortuna solū reperit vbi ꝓuenit bene vel male esse fortunatū respectu illarū rerū quib⁹ ꝓuenit esse felices. sed illa solū ꝓueniūt agentib⁹ fm ꝓpositū et ex deliberatione. igit. Maior ꝓbat. q fortuna vel est felicitas vel est ꝓpe felicitatē. Unde illi qui ponūt felicitatem in reb⁹ exterioꝝ ⁊ coꝝporalib⁹ fortune subiectis. illi fortunā dicūt eādem felicitati. Qui vero ponūt felicitatē in operatione practica ipsius intellectus. dicunt cōiter q fortuna est ꝓpe felicitatem inq̄tum bona fortune subseruiūt practice felicitati. que negotiat circa ꝓpriā salutē boni cōis. Correlariū Hinc ꝓpriata bestie et pueri nec fatui: dicūtur ꝓprie fortunati. Patz q nulli ille ꝓpetit agere ex deliberatiōe ꝓcura. Et si q̄nq̄ ipsis attribuat esse fortunatum. hoc est transsumptiue. Sicut prorotus quidā phus dixit eufortunatos esse lapides ex quib⁹ fiūt are. id est altaria. Illos vero infortunatos q̄ ꝓculcātur pedib⁹. Minor patz exemplo Aristotelis q equus casu venit ad stabulū qui manēs in pratis fuisset a lupis devoratus. Similiter si tripeda cadat tali modo q ꝓueniat sessioni. hoc est a casu. q nō cecidit sub respectu sedendi. Correlariū. Comparatiue loquendo sic eius qō est a casu. causa dicit intra: sed eius qō est a fortuna causa dicit extra. Patz q in agentib⁹ naturalibus ꝓprie dictis. que scz agūt sine cognitiōe ꝓcura est determinata forma eis innata ꝑ naturā. que est principiū suarū operationū. Sed agentia fm ꝓpositū accipiūt talē formā ab obiecto et instituūt nūc hanc nūc illā formam pro libitu sui beneplaciti. et sic habēt cām quodāmodo extra. scz obiectū mouens. Conclusio ꝑz quo ad primā partē. q casus q̄tum est de se indifferenter est tam agentiū fm ꝓpositū q̄ nō fm ꝓpositū. sed causa fm ꝓpositū respectu effectus nō ptenteri dicitur ꝓprie fortuna. Ideo iuxta regulā thopicā alterū mēbrū potest appriari his que agūt non fm ꝓpositū Correlariū. Sēp fm rōnem frustra ⁊ vanū: distinguūtur ꝓtra fortunam et casum. Patz q vanū vel frustra dicit inq̄tum nō attingitur finis intentus. sed fortuna est respectu effectus ptingentis. Ad rōnem q̄d sit dōm ꝑz ex copulatis

**Que autē quatuor sunt cause et quot sunt.**

**Querit primo.** Utrū phisica cōsideret omniū causarū genera: et que sit cuiuslibz causa prima. Pro parte affirmatiua est phi sentētia. Sed ꝑ parte negatiua arguit q methaphisic⁹ habet ꝓsiderare de causis. ergo nō phisicus. Secūdo sic. q phisica est sciētia spēalis sicut mathematica. sed mathematica vnā solam cām ꝓsiderat. scz formalem. ꝑ quā diffinit ⁊ demōstrat. ergo etiā phisica vnā solam cōsiderat.

**Maior Subiectū naturalis phie: dependet necessario ex q̄tuor generib⁹ cause Minor. fm phisice sciētie potestatē: ꝓuenit ex quolibet genere cārum facere demonstrationē Conclusio. Igit in qlibet genere cause pt phisica: ꝓsiderare ꝓtracte que sit prima causa.**

Maior ꝓbatur q subiectum phie naturalis est ens mobile. sed ens mobile necessario habet materiam. quia qō est mobile est in potentia ad formā que acquirit per motū. Siliter hz formā. q motus est ad formā. Etiaz habet cām efficientē. q motus est actus mobilis a mouente. Et q agens agit ꝓpter finē. sic motus dependet in ordine ad finē. Minor ꝓbat. q eius dē rationis est demonstrare ex aliquo genere et assignare ꝓpter quid cir a effectū eiusdem generis. sed phisicus assignat quia ⁊ ꝑ quid in quolibet genere cause. ergo ꝑ quolibet demōstrat. Minor ꝓbat q phisica ꝓsiderat q est tonitruū et ꝓpter quid. et q elementa sunt coꝝruptibilia et ꝓpter quid. et ita de alijs Conclusio ꝓbat. q phisica habet

reddere ꝓpter quid circa effectus naturales. vt patuit. et q̄ nō subalternat alteri scientie. hinc est q̄ sue potestatis est resoluere ad ꝑmas causas in suo genere. vt si petatur quare plūbū vel sīle mixtū naturaliter appetit moueri deorsum. Respōdetur q̄ natura elementi ꝑdominātis sic inclinat. Et si querat quare natura elemēti prędominātis est talis inclinationis. dicet q̄ hoc est q̄ terra habet grauitatē ꝑ q̄litate motiua: que motiua est deorsū vt ꝓz ad experientiaz. et ibi est status. Et pari mō posset declarari in alijs phisicalib⁹ Corrolariū. Deret naturalis doctrina: vero nōie dici scia. Patz. q̄ processus rōnis intantū dr scientificus inq̄ntū est cārum ꝑsideratiu⁹ vt dicit in ꝓhemio metaphisice. sz phisica ꝑsiderat omniū causaꝝ genera. ergo ꝓz ꝓpositū. Ad rōnes Ad ꝑmā dicendū. q̄ phisica ꝑsiderat quatuor causas ꝓtracte. sz ꝑut ꝓtinent ad motū z materiā sensibilē. sed metaphisica ꝑsiderat illas incō tracte. et ergo potestas metaphisice habet suū imperiū vbi deficit ꝑsideratio phisice. Ad ſcdam dicit q̄ nō est sīle de mathematica z phisica. quia phisica ꝑsiderat entia mouētia z mota generabilia z corruptibilia. que dependent a quatuor causis. vt ad lōgum declarat in textu

**Querit secūdo.** Utrū cōueniat natura: ꝓpter finē ꝓtentū agere. Pro parte affirmatiua z vera est pbus in littera Sed ꝑ parte negatiua arguit motiuis antiq̄ de quib⁹ videbit in sequentib⁹

**Maior.** Actio nature ordinata: fit a determinatis principijs et per media debita **Minor.** Finis imponit ordinē: his que sunt ad finē **Cōclusio.** Igit neccārijs motiuis cogimur ꝓcedere: naturā ꝓpter finē ꝓintētū agere

Maior ꝓz ex rōnib⁹ phi. quia nō statim a ꝑncipio est aīal. neq̄ semen a ꝑncipio est indurati. neq̄ etiā ex semine oliue fit aīal aut ecōtra ꝓpter ordinē ꝑfixum a natura. Etiā nidus fit ad custodiaz ouoꝝ. et ova custodiūtur et incubant ꝓpter pullos. Minor ꝑbat. q̄ finis est ꝑmū in intentiōe agentis z vltimū in executiōe operis. ꝯ oportet omnia media fieri ꝑm exigentiam operis. Conclusio relinq̄tur nota ex q̄nq̄ rōnib⁹ phi quib⁹ ostendit q̄ natura agit ꝓpter finē. de quib⁹ videatur in copulatis

Corrolariū. peccāt sophistica antiquoꝝ motiua: nō fieri ꝓpter finē nature opa. Patz. q̄ phs ꝓtra primū motiuū ꝓcedit q̄tuor rōib⁹. et sīl reꝓbat alia duo motiua. igit corrolariū verū. Et ꝑ hoc soluūtur rōnes que possunt fieri ꝓtra veritatē quesiti.

**Querit tertio.** Utrū natura' ꝓtendat mōstrum: ex pte materie ꝓtinētis vel efficiētis ꝑductū. Pro pte affirmatiua sunt autores phm exponētes. Sed ꝑ pte negatiua arguit. q̄ monstrū in sua rōne importat defectibilitatē respectu sue spēi. et ꝑ ꝓsequēs rōnem mali. sz malum nō ꝓintendit. igit ꝛc. Pro resp̄sione ponūtur duo discursus. Primus

**Maior.** Natura particularis materialiter intendit monstrū: qđ est ꝑm quid dictū **Minor** Ulis natura intendit formale monstri: ꝑ ut cedit in decorē vniuersi **Cōclusio.** Quāuis igitur fiant simpliciter monstra. tū ꝑm q̄ hiusmodi nō intēdūt absolute ab aliq̄ natura

Maior ꝓz. q̄ natura particularis nutrit et auget illā partē in qua est deformitas. Sicut digit⁹ curu⁹ nutrit z auget sicut alios alioꝝ. et ꝑ hoc intelligit q̄ intēdit bonū talis subiecti cui inest deformitas mōstruosa **Minor** ꝓz dupl'r Primo q̄ aliqđ exit metas z ordinē cause inferioris qđ tū remanet sub ordine cause superioris. sicut aliq̄ sunt extra potestatē baliui que tū remanet sub potestate ꝑncipis. sic etiā aliq̄ exeūt intentū nature particularis. sicut est ꝑductio femine. que tū sunt ꝓintēta a natura vt q̄ natura vlis intendit bonuz totius spēi. et sic intendit sexū femineū. vbi spes ꝓtinuari nō posset sine ꝓmixtione vtriusq̄ sexus. Secūdo ꝓz. q̄ bona magis eluescūt ꝑ mixta malis. ꝯ natura vlis ꝓmittit mala. Conclusio ꝑbat ꝑ rōnem ꝑ pte negatiua factā. q̄ ipsa nihil aliud ꝑbat q̄ q̄ mōstrū nō est simpliciter z absolute ꝓintentuz qđ ꝓcedimus Sequtur secūdus discursus

**Maior.** Contingit naturaz peccare: ex pte ꝓtinentis et ꝓpter indispōnez materie **Minor** Plerūq̄ pueniūt monstra: ꝓpter causam efficientē et alia extrinseca **Cōclusio** Monstra igit ꝓueniunt qñq̄ ex parte materie: qñq̄ ex parte ꝓtinētis et efficientis cause

Maior ꝓz. q̄ ꝓtinēs est matrix in q̄ materia qñq̄ iacet dispersa et inordinate posita. et ꝑ ꝑs sequtur inordinatio in effectu. Silīter ex parte materie. q̄ materia qñq̄ est nimis multa et qñq̄ nimis modica. licet virtus agentis ex pte sui nō sit culpāda. Etiam qñq̄ est nimis mollis et qñq̄ nimis dura. z sic de alijs dispōnib⁹ ex q̄b⁹ fit inobediens virtuti agentis. Minor patz. q̄ esto q̄ materia ex parte sui bene se haberet. ꝓtingit euenire q̄ virtus patris sit nimis debilis. et ita nō sufficit formare articulos z mēbra corꝑoris. et tūc nō fiūt digiti in manu. Vel ꝓtingit esse aliquā influentiā celestē ꝓtrariā formationi agentis. vt si regnet influētia ꝓpicia generatiōi porcorū. tūc nascent homines cū vultu longo ad modū porci Conclusio in oib⁹ particulis ꝓz ex dictis

**Querit quarto.** Utrū in reb⁹ naturalib⁹ rō necessitatis: sit ex materia vel ex pte finis. Q̄z sit ex parte finis patz ꝑ ꝑm duab⁹ rōnib⁹. Prima q̄ sicut est in artificialib⁹ ita est in naturalib⁹ sed in artificialibus sumit necessitas ex parte finis. vt ꝓz de serra. q̄ rō necessitatis serre ē dividere dura. ꝯ etiā in naturalibus oritur necessitas ex pte finis. Secūda rō. q̄ sicut se habet ꝑncipiū in demōstrativis et in disciplinabilib⁹. ita se hz finis in agibilibus et naturalib⁹. sed in demonstrativis necessitas ꝓclonis sumit a ꝑncipijs. ergo in agentib⁹ naturalib⁹ tota rō necessitatis sumit ex fine. Sed q̄ sumat ex parte materie ꝑbatur. q̄ multi effectus oriunt z pueniūt ex pte materie et in materiā reducunt sicut mors z corruptio

**Maior** Juxta exigentiā materie fit variatio operandi in naturalib⁹: pari mō sicut in artificialib⁹ reb⁹. **Minor.** Simpliciter ꝑm finis rōnem: naturalia accipiūt ordinē et dispositionē **Conclusio.** Igit ordo ꝓcedendi nature est aliqualiter ꝑ materiaz: sed ex fine sumit ꝑncipalius rōnem suam

Maior patz p Aresto telē in textu. Secō patz quia idez est ꝓcessus nature z artis. qz si natura faceret domū faceret eam eodē mō quo fit ab arte. et si ars posset facere hominē vel equū siliter ꝓcederet sicut natura. Et cā vtriusqz est. qz ꝓprius actus vult fieri in ꝓpria potētia seu materia. Etiā natura facit de possibilibꝫ semp qđ melius est. et nō ꝓformat se ꝑditōi materie fm qđ talis materia exigit z nata est ꝓuenire ipsi forme. Sic etiā ars formam serre introducit in materiā ferreā que est dura. Minor pz in exemplo qđ antiq̄ ꝑ se nitūtur adducere. Verbi grā in domo ꝓsentimus eis qđ grauiora locātur deorsum z leuia sursum. sed nisi talis dispositio ꝓferret ꝓuenientiaz finiꝫ ꝓter quā domus edificat. nullatenus talis dispositio obseruaret. Et est finis ipsius domus diuturna ꝑmanentia domus. ad ꝑseruādū inhabitantes a cauматibꝫ et imbribꝫ z aliꝫ impedimentis Conclusio pz siliter sicut i artificialibꝫ. qz duricies et grauitas lapidis requirit qđ materia sic dispositа ponat inferius et deinde leuia supius. sed tū talis ordinatio resoluit in aliā causam ꝑncipaliorē. videlz qđ tali dispōne existente diutius ꝓseruatur domus in esse vt posset ꝓseruare inhabitantes a multis nocumentis. Siliter forma serre non induceret ferro nisi materia esset dura. sed hoc nō est ꝑncipaliter ꝓpter materiā. sed nisi esset in tali matrria forma serre nō esset vtilis ad finem in quē ordinat. Et pari mō est in naturalibꝫ. igit ꝓclo vera Corrolariū ꝑmū. Quāuis sint qđam ꝓuenientie finiū z ꝑncipioꝝ: tū in ipsis manēt differentie quarūdā ꝓprietatū. Prima ps corrolarij pz multipliciter. Primo qz sicut rōcinando ꝓcedit a ꝑncipio in ꝓclusionē in disciplinabilibꝫ. sic in via rōcinatōis inter finem et media eius ꝓcessus incipit a fine z ꝓgreditur versus media. Nam ꝑmo medicus intendit sanitatē. q̄ haberi nō potest nisi materia peccāte expulsa. ad cuius expulsionem requritur potio amara. sed potio amara nō operabit nisi materia sit mollificata. ꝓter qđ oportet prelibare aliquas siropas q̄ effectū debitū nō attingūt nisi precedant diete. precipit ergo medicus infirmo vt abstinentiam custodiat. et ab illa incipit exterior executio. Secūdo. sicut ꝑncipijs existentibꝫ veris ꝓclusio erit vera. ita si finis sit bonus. id est habeat bonitatē. etiaz media fm qđ hmōi erūt bona. Tercio sicut ꝑncipia sunt cause veritatis que est in ꝓclone. ita bonitas finis est causa bonitatis respectu mediorum. fm qđ media sunt ad illum finē. Similiter sicut ꝓclo potest esse vera licet ꝑmisse non sint vere. ita ꝓtingit ꝑ bonū mediū ꝓuenire ad malū finem. Sicut ypocrita acquirit vanam gloriā z famā apud populū per bona silia operibꝫ bonoꝝ Secūda ps eiusdem corrolarij patz ꝑmo. qz in doctrinis nō est nisi vnus ꝓcessus. fz respectu finiū est duplex ꝓcessus. Secūdo qz aliter accidunt est et nō est circa fines et ꝑncipia. Tercio qz si ꝓmisse sint vere. oportz ꝓclonem simplr esse verā. sed non oportz qđ si finis sit bonus. qđ mediū simpliciter sit bonū qz nō est furandū ꝓter dare elemosinas Corrolariuz secūdū. poni debet materia que vocat ꝓmunis: in qbusdam diffinitōibꝫ bonis. Patz qz qđam diffinita cōcipiūt ꝓfuse et indistincte materiā. et ꝑ ꝓsequens in diffinitione que explicat occulta in diffinito oportet ponere talē cōmunē materiā. vt si dicat serra est quoddaz artificiatum dentatū ferreū ad inscisionem lignoꝝ. aut domus est qđ ꝓpositū ex lignis et lapidibꝫ Ad rōnem dōm qđ materia hz suā necitatē quā dat effectui a fine. z ḡa fine est simpliciť z ꝑncipaliť rō necitatis. Et hec de dubijs secūdi.

Quoniā aūt natura est principiū mo

# Circa initiū tertii

libri phisicoꝝ Queriť primo. vtrum eaz qui habet motus ignorantiam: necesse sit ignorare naturam. Pro parte affirmatiua est phūs in littera. Sed ꝑ ptē negatiua arguitur dupliciter. Primo natura non dependet a motu in essendo. ergo nec in cognoscendo. Antecedens probatur. qz natura est ꝑncipium motus. Sed ꝓsequentia patet. qz eadem sunt ꝑncipia essendi z cognoscendi. Secūdo sic. sicut natura est principiū motus. ita etiā est ꝑncipiū quietis. ergo sicut natura cognoscit ꝑ motum. ita potest cognosci ꝑ q̄rem. et per ꝓsequens ignorato motu non est necesse naturam ignorare. Tenet ꝓña. qz natura ꝑt cognosci ꝑ quietem.

**Maior Id quod est natura potest esse cognitum: ab eo qui actu non cognoscit motū.**

**Minor. Ex necessaria ꝓcluditur ꝓsequentia: qđ ignorato motu ignoratur et natura.**

**Conclusio. Non est igit necessariū necessitate cōsequentis sed ꝓsequētie: si ignoret motus naturam ignorare.**

Maior probat. qz forma et materia possunt cognosci prout sunt principia substātie: nō habēdo ꝓsiderationez de motu. et tūc id qđ est natura cognoscitur absqz motu

Minor ꝓbatur. qz illa est necessaria ꝓsequētia. motꝰ ignorat. ergo et natura. Patz qz natura ꝓsignificat motum qui est de rōne nature. sed ignorata diffinitiōe necesse est diffinitū ignorare Conclusio patz quo ad primā partē. qz illa nō est necessaria. natura ignorat. cū sit in materia ꝓtingenti. sed in ꝓpōnibꝫ de materia ꝓtingenti potest esse necessaria consequētia. vt dicendo si sortes currit sortes mouetur. et talis necessitas ꝓsequētie est in ꝓposito Corrolariū primuz. determinare de motu et mutatione: pertinet ad foꝝ naturalis scientie. Patz qz hec scientia intendit de natura et rebꝫ naturalibꝫ. sed motus ꝑtinet ad rōnem nature intantū q̄ ignorato motu necesse est naturā ignorare. Etiā omnis ꝑfecta scientia considerans de aliquo ꝓsiderat etiā quecūqz sunt de rōne illius et omnia illa a quibꝫ eius cognitio dependet. sed cognitio nature dependet ex cognitiōe motus. ergo corrolariū verum Secūdū corrolariū. Spectat ad phīcū determinare: de infinito loco vacuo et tempore Patz qz illa q̄tuor vel habent per se ordinem ad motū. vel motus hz ordinem ad ipsa. vt sufficienter declarat circa textū. igit.

Ad rōnes. Ad primā dicendū. q̄ procedit de ordine cognitiōis sumpto ex parte cognoscibilis. qui est a priori sed ex parte cognoscentis z a posteriori verificat dictuz phī Ad secām dicit negando vltimam ꝓsequentiā. qz quies nō potest cognosci nisi ꝑ motū sicut ꝑuatio ꝑ suuz habitū. ideo ignorato motu necesse est ignorare quietem et per ꝓsequens naturam

**Querit secūdo.** Vtrū phūs volēs diffinire motū: ꝓuenienter ꝑmittat tres diuisiones entiū. Pro pte affirmatiua est phūs in littera. qui ponit tres diuisiones Prima est diuisio entis ꝑ actū z potentiā. Secūda est diuisio entis in actū ꝑ decē ꝑdicamenta. Tercia est diuisio vnius generis entiū. scz relatiuoꝝ penes coꝝ ꝑdicamenta. qz q̄dā

relatiua fundãtur in ẽntitate. ⁊ q̃dam in actiõe ⁊ passiõe

Sed ꝓ pte negatiua arguit̃ ꝓmo. qz ens in potẽtia nõ est ens. qz ens dr ab existendo. g̃ male ponit̃ ꝓma diuisio.

Secõo sic. phus q̃nto metaphisice pus diuidit ens in decẽ p̃dicamenta. et postea vnũq̃q; in ens in potentia ⁊ ens in actu. g̃ hic male subuertit hũc ordinẽ Tercio sic phs hic nõ ponit oẽs modos relatiuoꝝ. g̃ tercia diuisio est insufficiens. Añs ꝑz ex q̃nto metaphisice

**Maior. Via diuisiua ẽ diffinitõi multũ ꝑ picia: Minor. Ex triby phi diuisioniby: ꝑt aliqualiter cognosci natura ipsius motus.**

**Conclusio. Igit̃ ad venãdum motus diffinitionẽ: ꝓueniens fuit ꝓmittere triplicem famosam diuisionem**

Maior relinq̃tur nota ex phõ secõo posteriorꝝ. vbi manifeste habet̃ q; diffinitio multũ iuuat ad cognoscendum qõ q̃d est. Sed minor ꝓbat̃. qz ex ꝓma diuisione cognoscit̃ q; motus est aliquid scilz ens. ex secũda habet̃ q; est reducibilis ad p̃dicamentũ. ex tercia q; motus cõsistit in ꝓpatione siue habitudine mouẽtis ad motũ. Et sic patz q; iste diuisiones ea ꝓtinẽt̃ que valde subseruũt ad ꝓstituendũ diffinitõem motus. vt patebit infra circa diffinitionẽ motus Conclusio relinq̃tur nota Corrolariũ ꝓmũ. Ens diuidit̃ ꝑ actũ ⁊ potentiã: rangz ꝑ diuisionez sufficiẽter assignatã. Patz ex declaratõe ꝓme diuisionis

Secũdũ corrolariũ. Ens diuidit̃ in decẽ p̃dicamẽtoꝝ genera: sicut in ea que realiter sunt ꝓmo diuersa. Patz ꝑ Aresto. hic in littera exp̃sse hoc asserentẽ. Dicit em̃ q; nullum est cõe in his p̃dicamentis accipere. Et ponit sctus Thomas in isto passu Aresto. vnã sufficientiã quã recitaui in copulatis veteris artis. quare nõ est necessariuz eãdem hic repetere. Corrolariũ terciũ In ẽntitate actione ⁊ passione: fundat̃ relatiuũ fm esse. Patz inductiue qz duplũ et triplũ fundant̃ sup ẽntitatẽ. sed pater ⁊ filius fundãtur sup actionẽ ⁊ passionez. scz sup genuisse ⁊ genitum esse. Similiter dñs et seruus sup coercere et coerceri.

Ad rõnes Ad ꝓmã dr. q; ens captũ maxime trãscendenter ꝑ quolibet intelligibili. verificat̃ etiam de illo qõ est in potentia. Ad secũdaz dr. q; illa mutatio ordinis ꝓuenit ex equiuocatiõe entis. similiter ex eq̃uocatiõe actus et potentie. de quiby habet alibi videri Ad terciã dicit̃. q; phus hic solũ ponit illos modos relatiuorum qui ibi sufficiunt ad notificandũ q; motus et mobile sũt relatia

**Querit̃ tercio** Utrũ motus sit idem cũ suo ad quẽ termino et semꝑ eiusdem generis cũ eo. Pro pte affirmatiua arguit̃ auctoritate phi hic et in quinto phisicorꝝ. vbi dicit q; motus denoiat̃ a termino ad quem ⁊ capit̃ spẽm ab illo tangz ab aliquo indiuisibili. Sed pro parte negatiua arguit̃. qz motiuũ est res successiua. et desinit suo termino ad quem existente. ⁊ ipse terminus est res ꝑmanẽs. g̃ nõ sunt idem. Tenet ꝓña. qz hñt oppositas ꝓditiones.

**Maior. Motus acquisitiuus forme et suꝰ terminus ad quẽ: ꝓuenũt fm naturã fm genꝰ et spẽm Minor. Motus localis ꝓuenit cũ suo ad quẽ termino: in natura et genere ꝓportionabiliter loquendo Conclusio. Quãuis igit̃ motus et suus terminus ad quem distinguant̃ ratiõe: sunt tñ eiusdẽ generis et essentie.**

Maior ꝓbatur inductiue. qz motus calefactiõis est eiusdem nature eiusdẽ generis et eiusdẽ spẽi cũ caloꝛe ad quẽ terminat̃. Et siliter generatio est eiusdẽ materie cuz forma ad quã terminat̃. Cuius rõ est. qz ꝑfectũ et imꝑfectũ respectu eiusdẽ forme nõ variãt spẽm. sed motꝰ est actus imꝑfectus. terminus aũt ꝑfectus. vt patebit infrius. Dicit̃ aũt in maiore (motus acquisitiuus forme) ꝓpter corruptionẽ que est ad non esse. et ita debet eius ius dici dari potius penes terminũ a quo. eo q; terminꝰ ad quẽ nõ est ꝑ se intentus. Minor ꝑz. qz vbi dr circũscriptionẽ facta a loco in locatũ et motus localis est acquisitio tal̃ circũscriptiõis. Est tñ notandũ q; intentio ipsius mobilis nõ est ad ipsam circũscriptionẽ tãtũmodo acceptam. sed vt ꝑ eã mobile ꝓsequit̃ influxui celesti sibi ꝓuenienti. aut ꝓut habet debitũ ordinẽ cũ aliꝭ corporiby vniuersi. et fm hoc ꝓpletus terminus ad quẽ in motu locali includit̃ res plurũ p̃dicamentoꝝ. scz aliquid de secũda specie q̃litatis et aliquid de relatione. Conclusio quo ad primã partẽ ꝓbatur. qz differũt fm ꝑfectũ et imꝑfectum. siliter fm tendentiã et nõ tendentiã. et ideo constat non manere motũ et tamen manere terminũ ad quẽ Sed secũda pars sufficienter est ꝓbata ꝑ predicta.

Corrolariũ. Minus bene dicit̃ motũ esse fluxum: forme fluenti supadditum. Patet. qz si motus significaret fluxũ supadditũ forme. tũc nõ susciperet spẽm a termino ad quem. qz ille fluxus realiter distinguitur a termino ad quẽ. cũ fluxus sit in vno p̃dicamento. ⁊ terminꝰ ad quez in alio Ad rõnem dõm. q; soluz ꝓbat distinctionẽ rationis inter motũ et terminũ ad quẽ. quã quidẽ distinctionem admittit cõclusio

**Querit̃ quarto.** Utrum diffinitio motus ꝓma: in q̃ dicit̃ q; est actus entis in potentia fm hm̃oi. sit sufficiẽter assignata. Pro parte affirmatiua est phus in littera. quiꝭ ꝓbat illã diffinitionẽ esse bonã tripliciter. scz ꝓmo ꝑ exꝑla. secũdo cũ manifestat singulas ptes diffinitiõis. ⁊ tercio totam diffinitionẽ. Sed pro parte negatiua arguitur primo. qz qõ est in actu nõ mouetur. sed habens motum mouet̃. ergo non est in actu per motũ. et ꝑ cõsequẽs motus non est actus entis. id est mobilis. Secũdo sic. omne accidens est actus entis in actu. sed motus est accidens. igit̃. Maior ꝓbatur. qz accũs habz ꝓ subiecto totũ ꝓpositũ ex actu et potentia

**Maior. Omnis motus: est quidam actus Minor. Motus est actus alicuius: nõ fm q; sibi inest actus alius Conclusio. Patet igit̃ tam exẽplis q̃z rõniby phi: q; motus est actus entis in potentia fm q; hm̃oi.**

Maior ꝓbat̃. qz omne illud dicit̃ actus quo aliq̃d fit in actu priꝰ in potentia existens. sed aliquid fit in actu ꝑ motũ ad quẽ priꝰ fuit in potentia. igit̃. Sicut exẽpli gratia. edificabile dicit potentiã ad aliquid. cũ autem fm hanc potentiã quã ꝓportat reducit̃ in actũ. tũc dicitur q; edificat̃. et pari mõ est in aliꝭ. Et additur in ꝓpositione (quidam) quia non est actus simpliciter sed actus imperfectus. Minor ꝓbatur exꝑlariter. quia qñ in ere fit motus ad formaz imaginis ꝓstat q; est actu ex ꝑ formam eris. sed ille motus sibi nõ conuenit fm q; est

actu es. qz tunc semp mouereꝛ ꝯdiu est es. qđ est falsum igit ꝛc. Etiã pbaꝫ ꝑ vnã regulã. qz ois actus est eius actus in quo semp inuenit. sed motus semp inuenit in eo qđ est in potentia. ꝛ non in eo qđ est in actu. g̃ motus est actus entis in potẽtia. Maioꝛ ꝑbaꝫ. qz lumen facit dyaphonũ esse in actu qđ ꝓus erat in potentia. ꝛ semp inuenitur in diaphono. ergo dicit actꝰ diaphoni. Sed minoꝛ patz ex ĩmediate dictis Conclusio relinq̃tur nota ꝑt exempla ꝛ rõnes ꝓbi quas implicat Corrolariũ ꝓmũ Oratio ꝑ diffinitiõe motus posita nõ valeret si quis aliquã clausulam diffinitionis subtraheret. Patet quia ad rõnem motus requirũtur quatuoꝛ ꝓditiones Prima q̃ subiectũ habeat aliquid in actu. Secũda q̃ ĩmpfecte habeat illum actũ. Tercia q̃ ille actus ĩmpfectus ꝓsidereꝫ in oꝛdine ad vlteriozem actũ. Quarta q̃ talis actus cõsidereꝫ in oꝛdine ad aliquod ꝓus qđ se habet in potentia ad ipsum. Sed si aliqua clausula subtraheret que ponit in diffinitione motus. tũc hmõi ꝓditiões nõ obseruarentur. vt patz experiri volenti. igit Corrolariũ secũdum. Quedã diffinitiões ab antiquis date: sunt multis modis incõuenienter assignate. Patz verbi gra. nam ꝙdam dixerũt motum esse alteritatẽ. alij inequalitatem. alij veꝛo dixerũt q̃ motus esset non ens. sed motiua illoꝝ sunt cassa ꝛ vana. put amplius patz in textu. igit. Ad rationes. Ad ꝑmã dicit q̃ mobile est in actu ĩmpfecto ꝙ motum. sed mouet ad actũ ꝑfectum. Ad secãm dicit q̃ motus est actus entis in actu substãtiali. nõ fm q̃ est in actu. sz fm q̃ in potẽtia. vt satis pz ex declaratiõe mioꝛis

**Mouetur autem et mouens omne**

## Querit primo.

Vtrũ secũda diffinitio motus sit materialis respectu ꝑme: in qua dicit q̃ motus est actꝰ mobilis fm q̃ mobile. Pro parte affirmatiua arguit. qz illa secũda diffinitio ꝓbaꝫ ꝛ demonstrat de diffinito ꝙ ꝑmã diffinitiõem. ergo est materialis respectu ꝑme. Tenet ꝓsequentia. qz illa est differentia inter diffinitõem materialem ꝛ formalẽ q̃ materialis demonstrat ꝙ formalem. Añs ꝓbaꝫ. qz ex quo motus est actus entis in potẽtia. sequitur q̃ sit actus mobilis fm q̃ mobile. Sed ꝓ parte negatiua arguit. qz ambe diffinitiões motus dant ꝙ subiectũ. g̃ vna nõ est magis materialis ꝙ alia.

**Maioꝛ. Prima diffinitio motus data per primas differentias entis: meretur titulum formalis diffinitionis Minoꝛ. Subiectũ cõtractum scz mobile: tollit a secũda diffinitione rõnem forme Conclusio. Igitur secũda diffinitio motus est materialis: et respectu ꝑme minus principalis**

Maioꝛ patz. qz prima diffinitio datur ꝙ actũ ꝛ potentiã. sed actus ꝛ potentia sunt de ꝑmis differentijs entis et sic datur ꝙ prioza. sed prius cõparatur ad posteriꝰ habet rõnem forme. quare seq̃tur q̃ prima diffinitio sit formalis Minoꝛ pz. qz de rõne forme est cõicabilitas. sed ꝛactio impedit cõicabilitatem. ergo etiã tollit rationẽ forme. Sed q̃ secũda diffinitio detur ꝙ subiectũ ꝛactũ patz. qz datur ꝙ mobile qđ est minus cõe ꝙ ens Conclusio ꝓbaꝫ quo ad secũdaz partẽ. qz forma est principalioꝛ ꝙ materia. sed prima diffinitio dicit formalis a forma que a prioꝛi notificat. et ista secũda dicit materialis a materia. ergo ꝓpter transsumptõem hmõi subtilitudinis secũda diffinitio respectu ꝑme dicitur minus principalis

Et q̃ illa secũda diffinitio motus sit bona sufficienter ꝙbatur in littera. qz licet qñq̃ motus sit actus mouẽtis. hoc tũ est ꝙ accns. qz ꝓuenit sibi ĩq̃tum agit ꝙ ꝛactuz sed omne agens per ꝛactũ in agendo repatit. ꝛ sic motus nõ est actus mouentis ĩq̃tum mouens. sed ĩq̃tũ mobile. vt dicit ista diffinitio secũda. Etiaz mouens ĩq̃tũ mouens est in actu. sed motus est actus entis i potentia. ergo repugnat mouenti ĩq̃tum hmõi. Ad rõnem dicendũ. q̃ ille due diffinitiões dantur ꝙ subiectũ. sed diuersimode. qz prima datur ꝙ subiectuz generale et incõtractũ. quare dicit formalis. sed secũda datur ꝙ subiectũ spẽale et ꝛactũ. quare uocat materialis.

## Querit secũdo.

Vtrũ actio et passio sint idem actus et realiter motus vnus. Pro parte affirmatiua est Aristoteles in littera. qz sunt actus quẽ agens agendo causat. et quẽ mobile patiendo recipit. vt patet ex diffinitiõe vtriusq̃ Sed ꝙ parte negatiua arguit. qz actio ꝛ passio distinguũtur ꝓdicamentaliter. g̃ non possunt esse idez actus et vnus motus realiter. Tenet ꝓsequẽtia. qz ꝓdicamẽta sunt a toto genere essentialiter ꝛ realiter distincta.

**Maioꝛ. Motus respectu mouentis ꝛ moti est vnus actus re: sed differens ratione.**

**Minoꝛ. Actio ꝛ passio vt loquitur phisicꝰ sunt huiusmodi actus. Conclusio. Igitur actio et passio loquendo phisice: sunt realiter idẽ actꝰ ꝛ vnus motꝰ. licet differant rõne**

dicantur et econuerso. sicut dicimus q homo est albus. et album est homo. sed forme t figure in principali t recto non predicãtur de subiecto. igitur. Minor probatur. quia nõ dicit es est figura vel econtra. sed denotatiue dicitur es est figuratum. es est ligneũ. et per hoc denotatur q materia prius transmutatur ad formã substantialem q̃ ad ipsas qualitates. Secũda ratio. ridiculũ est dicere aliquid alterari quãdo perficitur t acquirit perfectionez sed cum aliquid acquirit formam vel figurã perficitur. ergo fm formam vel figurã non fit alteratio. Maior p exemplariter a simili. quia non dicimus domuz alterari quãdo apponitur tectum. quia alteratio fm se remanet a substantia rei. Minor patz. quia per figuram aliquid accipit cõplementum sue speciei. Minorẽ principalem probat philosophus primo de habitib9 corporalib9. quia ratio huiusmodi qualitatũ ex aliqua relatione dependet et hoc est signũ q ad eas non est per se motus. sed consequũtur aliquem motũ. sicut relationes sunt quedam sequele motuũ. Secũdo probat quo ad habit9 partis appetitiue. quales sunt virtutes t malicie. tali ratione acq̃sitio perfectionis rei vel rei corruptio non est alteratio. sz virtus est perfectio rei. t vicii corrumpit ipsaz. igitur tc. Minor probatur. quia appetitus nihil est nisi inclinatio ad bonũ. sed virtus moralis perficit illam inclinationez et viciũ eam corrumpit. Tercio probat minorez quo ad habitus partis intellectiue. tam in generali q̃ in speciali. vt satis pulcre deducit textus quem velim mente revolui ob quedam notabilia pũcta eidem inserta Conclusio probatur breuiter sic. quia qualitates sensibiles huiº speciei possunt plus et minus participari a subiecto t cõtinentur sub genere sub quo est q̃rie dicta q̃rarietas. et per q̃sequens natura earum requirit successiuam transmutationem subiecti. igitur tc. Et per hoc etiam patet ratio quare ad qualites secũde speciei non est per se alteratio Corrolarium Ex predictis non est difficile. quibusdam petitionib9 satisfacere. Patet verbi gratia. nam prima est vtrum habitus prime speciei qualitatis scilicz virtutes t malicie sint vere in ad aliquid. Solutio q̃rie loquendo sunt de genere qualitatis. q illud cui nomen imponitur est qualitas. sed tamen cõsignificant quãdaz relationem ex parte eius a quo nomen imponitur. Secũda petitio qualiter habitus de quib9 in littera fit mentio sunt virtutes et malicie. Solutio illi habitus vendicant sibi ꝯmunem rationez virtutis. nam virtus est que habentem perficit et opus eius bonum reddit. vt patet secũdo Ethicorũ. sed hoc ꝯpetit sanitati. Etiam virtus est dispositio perfecti ad optimũ. quia per virtutem aliquid perficitur vt sit in aptitudine ad operationem que est vltima perfectio rei. sic etiam faciunt sanitas et macies et similes habitus. quoruz habitus oppositi sunt malicie. Tercia petitio. vtrum de ratione habitus sit esse acquisitum post naturã. Solutio non. quia sanitas t macies et huiusmodi insunt aliquib9 ex naturali et radicali ꝯplexione. Ad rationes. Ad primã dicitur. q illa alteratio que est in acquisitione formarum et figurarum t habituũ non terminatur per se primo ad illa. sed ad quasdam qualitates ad quas per se est alteratio Ad secundam dicit. q durum et molle capiũtur dupliciter. Uno modo vt causantur a siccitate et humiditate intrinseca. et sic sunt de secũda specie. t ad eas nõ est alteratio. Alio modo capiũtur vt causantur a siccitate t humiditate extrinseca. t sic nõ sẽt naturales potẽtie t ad eas ẽ alteratio

Dubitabit autem vtiqz aliquis

**Querit primo.** Utrum triplex cõditio tacta in littera sit obseruanda in ꝯparatione q̃rie dicta Pro parte affirmatiua est philosophus in littera. qui assignat tres cõditiones ad ꝯparationem requisitas. Prima est q id in quo fit ꝯpatio p̃dicetur vniuoce de his que fm illud cõparantur. Secũda est q illud sit in eodem susceptiuo p̃mo. Tercia q dicat naturam que est species specialissima. Et ista habẽt se tali ordine. q tercia ꝯditio includit secũdam et primam t nõ econuerso. Sed pro parte negatiua arguitur. quia dicimus q deus est melior diabolo. comparãtur etiam equus et canis in altedine. dicit etiam geometer q linea recta est omniũ brevissima comparans lineas rectas ad alias lineas. t tñ manifestuz est q in illis nõ obseruãtur tres ꝯditiones p̃dicte.

Maior Comparatione largo modo sumpta: omnia entia vniuersi sunt comparabilia.

Minor. Faciendo proprie dictas cõparationes: requirũtur tres dicte ꝯditiones Conclusio. Igit ad q̃rie dictã ꝯparationez: oportet obseruare triplicem ꝯditionem

Propositio maior sic patet. quia omnia possunt comparari fm magis et minus perfectũ respectu primi. Et hoc modo solet dici q in omni genere primum est mensura aliorum. Et quinto ethicorz dicitur q omnia venalia comparãtur ad indigentiã humanã Minor patet quia si aliqua debent comparari in aliquo tercio tũc oportet illud vniuoce ꝯuenire cum ambobus. t oportet q sit aliquod indiuisibile in species inferiores. nam album nõ dicitur magis colorati q̃ nigrum. eo q color est genus. et ex hoc sequitur q etiam secũda ꝯditio requiritur.

Conclusio patet ex dictis et ex processu philosophi q̃ has ꝯditiones per ordinem probat Corrolarii. Genus quod nõ est aliquod vnũ in rebus: semper subest latentib9 equiuocationib9. Patz dupliciter. primo quia genus non dicit aliquod completũ sicut species que cõstituitur per vltimam differentiam essentialem. Patz secũdo. quia genº diuiditur in diuersas species per diuersas differentias essentiales cõplentes quidditatem speciei cõstitute. sed species diuiditur per solam diuisionem materie extense per quãtitatem. Et loquitur corrolarius de equiuocatione physica t non logica. q tam genus q̃ species vniuocantur logice eodem modo Ad rõnes dicendũ. q in illis solũ est ꝯparatio largo modo comparationis ad quã nõ requirũtur alique ex p̃dictis ꝯditiõib9

**Querit secũdo.** Utrum oñis motus oñi motui: possit ꝯparari. Pro parte negatiua est pbus in littera.

Sed pro parte affirmatiua arguit. quia fm cõmentatorem omnia duo que non cõmunicant in eadem materia non habent comparationem ad inuicẽ. ergo per oppositum que cõmunicant in materia ad inuicem ꝯparant. sed omnes motus cõicant in materia. igit Secũdo sic. quecũqz mensurantur eadez mensura sunt ad inuicẽ comparabilia. sed oñes motus sunt huiusmodi. igitur. Maior probatur. q talia sunt eqlia vel ineqlia. Sz minor ꝓbat. q oẽs motus mensurant tempore

Maior. Motus localis cū alteratione: nō ꝓparatur ꝓprie in velocitate. Minor. Motus localis rectus non ꝓparatur circulari: sed alteri recto ꝑm spēm indifferenti Conclusio Non igit motus oīs est cuilibet ꝓparabilis

Patet ꝓpositio maior. qz dato aliquo motu locali talis fit sup aligd spaciū in aliquo tpe. et alius motus eque velox loquendo ꝓprie fieret supra simile spaciū et in eodem tpe. sed ꝑstat hoc alterationi nō posse ꝓpetere. Similiter pz ꝓpositio ex tribꝫ ꝓditionib ad motū req̄sitis.

Minor quo ad primā partem patz. qz motus rectus et circularis differūt specie. et sic nō ꝓparātur ꝓparatōe ꝓprie dicta. sicut nec linea recta ꝓparatur circulo. Etiam patz quo ad secūdam parrem. qz ꝓditiōes ꝓparationis ꝓprie dicte ibi inueniūtur. Conclusio patz ex dictis hic et in ꝑncipalib copulatis Corrolariū primū. Motus qui fūt per diuersa instrumenta: nō differūt specifica differentia. Patet qz ambulatio fit ꝑ pedes z volatio fit ꝑ alas. et natatio fit ꝑ pennulas. eorū possunt ꝓprie ꝓparari in velocitate. qō nō esset si differrent specifice Corrolariū secūdū. Alteratio ꝓparat ad alterationē: attendendo vnitatem qualitatis z eius a subiecto participatiōem

Corrolariū terciū. Generatio ꝓparat generationi: si generatū sit eiusdem spēi. Corrolariū quartū Doctrinā de motuū ꝓparatiōe: ostendit Arestoteles ꝑ quasdam regulas ꝓpendiose. Et quia ista vltima corrolaria diffuse tangūtur in textu. ideo eoꝝ deductionē (breuitati studens) omitto Ad rōnes. Ad primā dicit. qd licz omnis motus sit alteri ꝓparabilis in velocitate z tarditate ꝓparatiōe abusiua vel cōmuniter dicta. nō tn̄ comparatiōe vera z dicta ꝓprie. Ad secūdam dicit similit. Et sic patz responsio huius q̄siti. et ꝑ cōsequens cōioz materia huius septimi.

Finitur Septimus

Sequitur octauus

Trū aūt factꝰ sit aliquādo

# Circa initium

octaui libri phisicoꝝ. in quo phūs ostendit qualis sit ꝑmus motor z ꝑmus motus. Queritꝝ ꝑmo vtrū motus sit eternus: z perpetuꝰ.

Pro pte affirmatiua est phūs in ꝑncipio huius octaui. vbi duplici medio innititꝝ ad ostendendū sempiternitatē motus. primū sumitur ex parte motus. et secūdum ex pte tpis. vt satis pz in ꝓtinuatiōe littere. Sed pro pte negatiua est autoritas sacre scripture. Preterea nisi sic phūs in isto octauo ꝓcederet ex falsis. qz ex ꝓpetuitate motus ꝓbat ꝓpetuitatem primi motoris.

Maior. Ratio Arestotelis que ex parte motus ꝓcedit: antiquoꝝ positiōem sufficiēter destruit Minor. Consideratio sumpta ex parte temporis: nequit simpliciter ꝓcludere eternitatem motus Conclusio. Supponendo igitur antiquoꝝ errorem: phūs sufficienter ostendit motus perpetuitatem

Propositio maior sic declarat. qz phūs ante Arestotelē ponētes motū incepisse posuerūt inceptionem motus ꝑ hoc qd generabāt de nouo mobilia. siue ꝑ hoc qd ꝑ motum inceperūt esse. sed hoc ꝓcludit repugnantiā. quia si mobile debeat generari. tūc necessario ante motū illi⁹ mobilis p̄cedit alius motus siue mutatio. et sic ante ꝑmum motū esset alius motus. Et pari modo de desitiōe motus dicendū est. Minor patz examinādo rōnem phi. Unde ꝓcesso qd motus nō possit esse nisi tempus sit. nec tempus nisi nūc sit. negatur ꝓnter qd nūc est mediū duorum temporum. Sicut em̄ punctum p̄t esse ꝑncipiū linee ita z nūc tpis. Deinde cū instatur. qz si nūc sit principiuz tūc ante ipsum nihil est. sed ante importat temp⁹ Huius instantie ponitur duplex solutio. prima est. quia hec ꝓpositio est negatiua quādo dicitur ante ipsum nūc nichil est. et sic non potest inferri qd sit aliquod tempus precedens primū nunc. Sicut dicendo qd nihil est extra celum. per hoc non volumus qd sit aliquid extra celum. Aliter potest dici qd affirmando ante z post tunc important tempus imaginarium. non autē tempus realiter existens.

Conclusio patet ex dictis. quia motus non potest ꝑ veram mutationem incipere. nec potest per veram mutationem desinere. sicut tamen volebant antiqui ponētes inceptionem mūdi. Corrolarium primum. Potest ab agente intellectualis nature procedere nouus effectus sine preuia mutatione. Patet quia est dabile agens intellectualis nature quod est causa temporis nec eius actio subiacet tempori sicut est deus gloriosus. et ergo potest sine eius mutatione qualicūqz ab eterna eiꝰ volūtate noua actio volūtatis procedere. Corrolarium secunduz De mūdo z motu positio Arestotelis: non est contra illud quod fides tradit in suis articulis. Patet primo. quia non loquūtur eodem modo de inceptione mundi. Patet secūdo. quia Arestoteles suam positionem non demonstrat. in signuz cuius vbicūqz loquitur de hac materia inducit testimonia antiquoꝝ. quod non est demonstratoris sed probabiliter persuadentis. Patz tercio qz expresse dicitur primo topicorum qd quedam sunt ꝓbleumata dialetica de quib rationem non habemus. vt vtrꝫ mūdus sit eternus vel non. Ad rationes. Ad ꝑmaz dicitur qd veritas fidei ponit inceptionem motus. nō qd̄em per mutationem mobilis. quia motus et mutatio designant aliquod subiectum existens prius et posterius. sed per emanationem a primo rerum omniū principio. que emanatio dicitur productio totius esse a prima causa essendi. sed talis emanatio non est mutatio ꝑm rē. sed solum ꝑm nostrum modum concipiendi. et ideo nō oportet presupponere aliquod subiectum ante talem ꝓductionem. Et illum modum productionis Arestoteles hic non impugnat. sed solum nititur probare motuz non incepisse per mutationem z factionem naturalem. z hoc est verum. Ad secūdam dicitur qd nihil ꝓhibet ex falsis verum ꝓcludere. vt pz secūdo priorum

**Querit secūdo** Vtrum stando in limitibus naturalis philosophie: sit demonstrabile mūdum de nouo incepisse Pro parte negatiua est auctoritas sancti Thome q̄ tenet q̄ non est impossibile mūdū fuisse ab eterno ex parte habitudinis terminorum. licet sit de facto impossibile ratione alicuius extrinseci superuenientis. sicut hec ꝓpositio. beata est virgo post eius corruptionem. est impossibilis ꝓpter oppositum actum supuenientem. Sed pro parte affirmatiua arguit. quia implicat ꝯtradictionē creaturam esse ab eterno. ergo mūdū fuisse ab eterno est impossibile. Antecedens patz dupliciter. primo quia si deus produxisset mūdum ab eterno potuisset simul ꝑdurasse mulierem impregnatam t eaz dimisisse in puris naturalib⁹. quo facto peperisset puerū infra decem menses et tūc ille puer fuisset solum nouem mensium. ergo t mūdus solum durasset per nouem menses. t per ꝯsequens non fuisset ab eterno. Patet secūdo. quia similiter potuisset produxisse vnum hominē et euz dimisisse in puris naturalib⁹ qui vixisset ꝑm certam periodum. et postea mortuus fuisset. et sic in instanti sue mortis fuisset eiusdē durationis t etatis cum mundo. et quia non fuisset infinite etatis. sequitur q̄ mūdus nō fuisset ab eterno

**Maior.** Ex repugnantia circūstantie repugnat mūdum aut alium effectum: a parte ante fuisse perpetuum. **Minor.** Non repugnat mūdo ꝑm se: perpetuū esse a parte ante **Conclusio.** Sola igitur fide est tenendum: de nouo incepisse mūdum

Maior ꝓpositio sic declarat. q̄ res ita se habet q̄ mūdus ex tempore incepit et ꝓpter hoc repugnat eius oppositum fuisse verū **Minor** ꝓbatur. q̄ de rōne mūdi nō est hic t nūc. sed demonstrans abstrahit ab illis. similiter ex ratione ꝑducentis nō est repugnantia **Conclusio** patz. quia ex habitudine extremorum non repugnat nec inest mūdo a parte ante fuisse perpetuo. et ita neutra ps potest demonstrari. sed vna pars debet fide teneri Ad rōnem quo ad ambas ꝓbationes dicendū est q̄ illa mulier non peperisset infra decem menses sed expectasset ꝓ tempus infinitū anteq̄ peperisset. similiter ille homo nō vixisset ꝑm determinatam periodum. sed per infinitum tempus

Principium aūt ꝯsiderationis est q̄ ꝗdem

## Ad inquirendū in isto

tractatu secūdo ꝯditionem ꝑmi motus t ꝑmi motoris

**Querit ꝑmo.** vtrū diuisio circa dispositionē entiū in ꝗn q̄ membra: sit ad notitiā ꝑmi motus t ꝑmi motoris necessaria Pro parte affirmatiua que est vera est ꝓbs in littera. Sed ꝑ parte negatiua arguit ꝑmo sic. diuisio illa non est bimēbris. ergo nō est bona Secūdo sic. ꝑmū membrū destruit motum. et secūdum destruit quietem. tercū destruit generationem t corruptionē t omnez motū violentum. quartū destruit necessitatem aliquoz entium. et quintum ꝯmittit nugationem ponendo aliq̄ esse immobilia t aliq̄ ꝙescere. igit̄ cē.

**Maior.** Entia diuidi ꝑm duo prima membra tm̄: est ꝓta experientiā et ꝓta physicum.

**Minor.** In his que quiescūt et mouentur: quedam trimēbris diuisio inuenitur **Conclusio** Igitur sub illius diuisionis aliquo mēbro: ea que sunt ꝓtinētur necessario.

Propositio maior sic aperit. q̄ primū mēbrum est q̄ oīa semp quiescūt t q̄ nihil aliq̄n moueat. Secūdū est q̄ oīa semp mouētur t q̄ nihil ꝙescat. Sed illa duo mēbra sūt ꝓta experientiā. q̄ est ꝓta experientiā q̄ oīa semp quiescūt. etiā motū esse patz euidenter ad sensum. Et q̄ illa duo membra sint ꝓta physicū patz. q̄ ꝑncipiū in physica est q̄ natura est ꝑncipiū mouendi t quiescendi. vt ptz secūdo physicoꝝ **Minor** patet. q̄ q̄dam moueri t q̄daz quiescere ꝓtingit tripliciter Primo q̄ ea que mouentur semp mouētur t nunc̄ quiescūt. et ea que ꝙescūt semper quiescūt t nunc̄ mouentur. Secūdo mō q̄ omnia que mouētur etiā sunt nata quiescere t ecōtra. Tercio mō q̄ q̄dam sunt nata semp moueri t nunc̄ quiescere. quedam nunc̄ nata moueri. q̄dā aūt vtroq̄ modo. scz nata q̄nc̄ moueri t q̄nc̄ quiescere **Conclusio** ꝑz transeundo omnia entia. q̄ nō potest imaginari aliq̄s gradus entis q̄n sub aliquo dictorū membroꝝ ꝓtineat. Est tm̄ verum q̄ solum vltimū membꝝ est dispositio entiꝝ. t ꝑm illud verum est q̄d ꝓposuimus in titulo questiōis. scz q̄ aliquis motus est sempiternus: et q̄ aliq̄d mouens est īmobile **Corrolarium** primū. Disputare nō ꝑtinet ad physicū: ꝓta negantes esse motū. Patz tripliciter. primo quia illa positio est friuola t ad sensum manifeste falsa. Secūdo quia negantes motum esse negant illud q̄d ab omnib⁹ scientijs ꝑsupponit. Tercio q̄ physicus tanq̄z ꝑncipiū ꝓesupponit esse motum **Corrolariū** secūdū Posito Eraclito: destruit positionem physici. Patz quia destruit quietem. physicus autez ꝓesupponit naturam esse principium motus t quietis. Et ergo augmentum nō est ꝓtinuū sicut nec alteratio est ꝓtinua. sed de motu local est manifestum q̄ quādoq̄z cessat **Corrolariuz** tercium. Tercium membrum et quartū: repugnant sensui et peccant ꝓta physicū. Patz ex longa declaratiōe physicorum. **Ad** rationes **Ad** ꝑmam dicitur. q̄ ista diuisio ꝙntum membris posset de facili reduci ad bimembrem

Ad secūdaz dicitur. q̄ ꝑma quatuor membra sunt irrationabilia. vt ꝑz ex dictis. Sed ad hoc q̄d assumit contra ꝙntum dicit q̄ īmobile et quiescens nō conuertūtur q̄ īmobile se habet vt superius ad ꝙescens.

**Querit secūdo.** Vtrū motꝰ animalium a seipsis: dici debeat naturalis Pro resp̄sione noto. q̄ titulus q̄stiōis duo q̄rit. Primo vtrū motus aīalium sit a seipsis. Secūdo vtrū motus aīalis dici debeat naturalis. Gratia primi est notandū q̄ aliquid ꝑt dici moueri a seipso. q̄ intra se habet motorē sui motus. Similiter gratia secundi est notādū. q̄ motus aīalis vno mō ꝑt ꝓparari ad ipm totū aīal. Alio mō ad corpus ipsius aīalis. q̄d virtualiter ꝓponitur ex quatuor elementis

**Maior** Cōueniēter q̄dā diuisio trimēbris: inuenit in mouētib⁹ t motis **Minor.** Aliqua ꝑm quēdā motū: ꝓuenit moueri naturalit et ꝑm seipm **Conclusio.** Igit̄ motus animalis ingꝫtum huiusmodi: ꝓuenit sibi ꝑm se. et ē naturalis toti animali

Propositio maior pz verbi gratia. nã prima diuisio est q̃ qdam mouentur t mouent p se. qdam per accidẽs. put moueri fm partem dicitur p accidens. Secunda diuisio eorum que mouẽtur p se quedã mouentur a seipsis. quedam ab alijs. vt graue sursum. Tercia diuisio q̃ aliqua mouentur fm naturam. alia vero violenter t extra naturam. vt clarius patet in littera. Minor probatur quo ad primã partem. quia aliquis est motus animalis qui ẽ a principio intrinseco t essentiali ipsi⁹ animalis Similiter patz quo ad secdam partem. quia animal est diuisibile in corpus t animã tanq̃ in partes suas. sed anima est motor corporis. t etiam est actus eius. igitur. Et dicitur notanter fm quendã motum. q̃ aliqui sunt mot⁹ qui nõ sunt sub anima. sicut dealbationes q̃ fiunt ab exterioribus agentib⁹ Cõclusio patet ex declaratõe minoris. Corrolarium. diuersimode potest idem mot⁹ dici naturalis t violentus. Patz q̃ si homo sursum ascẽdat talis motus est naturalis respectu animalis t violentus respectu corpis Et loquitur Aristoteles hic largius q̃ secũdo phisicorum. vt patz ex supradictis. Est etiam cõsiderandum animal posse diuersimode diuidi in partem mouentẽ t motam. vno mõ diuidẽdo animal in animã t corpus. alio mõ diuidendo corpus in diuersa organa. ita q̃ per vnum anima mouet reliquũ. sicut manus mouetur a brachio. brachium ab humero. humer⁹ a musculo. musculũ a corde. cor autem ab alia. Patet etiam ex predictis q̃ aliquid dici moueri a seipso nõ repugnat ei quod dicitur in principio septimi. vbi fuit demonstratum q̃ nihil mouetur a seipso. scz per se primo. Hã autẽ Aristoteles loquit̃ de vna parte p respectũ ad aliam fm quem modũ aliquid dr esse in seipso. Et hec sufficiãt circa istud quesitum.

**Querit̃ tercio** Vtrum grauia t leuia: moueantur a seipsis ad sua loca naturalia. Pro respõsione notandum q̃ Aristoteles post quandam diuisionem mouentium t eorum que mouentur similiter t motuum subiungit q̃ in quibusdam notum est q̃ ea que mouentur mouent̃ ab alio in quibusdam vero non est manifestum an moueantur a se vel ab alio. vtputa quando grauia t leuia mouẽtur ad loca sua naturalia. Et ad hoc manifestandum mouetur presens questio. t pro pte negatiua est philosoph⁹ in littera. qui multipliciter ostendit q̃ non mouentur a seipsis. sed a generante t remouente prohibens. Sed pro parte affirmatiua arguitur dupliciter. primo q̃ grauia t leuia possunt moueri generante corrupto. ergo non mouentur a generante. Secundo quia motus naturalis est a principio intrinseco. sed generans est extrinsecum genito. igitur ꝛc.

**Maior. Sicut in gravibus t leuibus principium motus violenti est extra: ita principiũ motus naturalis ipsorum est ad intra Minor. A seipsis grauia et leuia: non mouentur ad sua loca naturalia. Conclusio. Mouentur igitur grauia et leuia ad sua loca per se a generante: et per accidens a prohibens remouente.**

Propositio maior quo ad primam partem supponit ab Aristotele tanq̃ nota. constat em̃ q̃ quando terra p ẽicitur sursum. tunc motus est ab extrinseco mouẽte. Secunda pars patet. quia forma grauis cum gravitate est principium mouendi deorsum. Et similiter est de motu leuis sursum. cum ambo isti mot⁹ sint naturales Minor patet p quatuor rationes Aristotelis quas oportz diligenter cõsiderare ex copulatis. Conclusio quo ad primam partem patet p Aristotelem. Et est ratiõ. quia nõ mouentur a seipsis. vt patet ex declaratiõe minoris sed generans dans eis formam dat consequẽtia formã. Sed secũda pars probatur ex ratione eius quod est per accidens. quia impedimentum accidit ei quod intendit mouere graue deorsum. t remouens illud impedimentum mouet p accidens. vno mõ quia per alterum. alio modo quia ad huiusmodi motum non concurrit per se.

Corrolarium primum. Aliquis motus in animalib⁹ est ab intra: qui in gravibus t leuibus est ab extra Patz quia si animal moueatur sursum motus est ab intra. sz si graue moueatur sursum motus est ab extra Corrolarium secũdum. Aqua calefacta quando frigefacta generante ad frigiditatem redit. patz quia sicut grauia debent locus deorsum. ita ad formam aque sequitur frigiditas Ad rationes. ad primam dicitur q̃ generante particulari corrupto adhuc remanet virtus eius in generãte vniuersali a qua halẽt grauia t leuia suum motum. Sed corrupto generante vniuersali tunc virtute generantis particularis amplius non mouetur. Ad secũdam dr q̃ motus grauiũ t leuiũ nõ est naturalis fm genus cause efficientis. sz fm genus cause materialis.

**Hoc aũt dupliciter. aut em̃ nõ ppter seipm**

**Querit̃ circa hunc textũ** primo. vtrũ ante quodlibet mouens motum ab alio: sit necesse ponere mouens motum a seipso. Pro parte affirmatiua quesiti est clara sententia philosophi in textu assignata Sz pro parte negatiua est phs in principio septimi phisicorum. vbi dictum est q̃ omne quod mouetur ab alio mouetur. Etiam in sexto determinatum est q̃ non est dare primum in motu neq̃ ex parte mobil⁹ neq̃ ex parte mouentis.

**Maior. Si esset processus in infinitum in motis t mouentibus: tunc omino nullus esset motus. Minor. Non est necesse q̃ si movens debeat movere: ipsum moveri per accidens aut per se Conclusio. Igitur in genere mouentium t mobiliũ: necesse est devenire ad aliquod movens seipsum.**

Propositio loco maioris posita fundat̃ in Aristo. et probatur duabus rõibus. Similiter minor probatur in littera quo ad ambas ptes. q̃ prima probat̃ duabus rõibus et vno testimonio. t sil'r secda pars duabus probatur rõibus q̃s oportet fideliter legere. t ergo iste positões sine copulatis nõ sufficiunt respõdentib⁹ Cõclusio pz p deductõem Aristotel'. q̃ nõ est processus in infinitũ in p se ordinatis. teste regula ab omnib⁹ vere philosophãtib⁹ approbata Corrolariũ. Aliqd a seipso esse primo motũ est vno modo procedendum: t alio mõ interimendum. ptz ex modo procedendi Aristotelis. q̃ loquendo de motu phisico et mobili t mouente continuis. sic nõ est dare primum

ex pte alicuius illorum fm cōmunem rationem diuisionis primi. Et hoc mō loquitur Aristoteles in sexto. vt si aliquid dicat moueri a seipso primo, put distinguit contra moueri p accidens z fm ptem. sic etiam nihil mouet a seipso primo, put determinatur in principio septimi. Sz si loquamur de mouentibus z motis cōsideratis in determinata materia. sic contingit dare primū. quia aliq̄ sunt mobilia que nō sunt diuisibilia sicut celum. alia sunt mobilia diuisibilia. sed si diuiderentur nō mouerentur a suo motore. sicut cor animalis. Et loquendo de mouente se ipsum iuxta predictam cōsiderationem. tunc aliquid potest dici moueri a seipso primo. sic q̄ sit dare primū mouens z primum motum. Cuius simile superius est habitum quando Aristoteles dixit oīa corpora posse cōtinuari. hoc enim repugnātiam non habet ex communi ratione corporum. sed ex spāli natura in diuersis corpib⁹ est repugnātia. Et p hoc pz quid sit dōm ad rōes

**Queritur secūdo** Utrum in motorum genere: sit necesse deuenire ad aliquod primum mouens penitus immobile. Pro parte affirmatiua est philosoph⁹ in littera. Sed p parte negatiua arguitur primo sic. q̄z quicquid potest virtus inferior potest z superior. sed aliqua mouentia secunda mouent seipsa. ergo z primus potest mouere seipsum Secundo sic. primū mouens intelligit z vult cum sit intellectualis nature. ergo ab intelligibili z appetibili mouetur. quare non est penitus immobile.

**Maior. In mouentium ordine: necesse est peruenire ad aliquod primum mouens quod non est mobile per se Minor. Nō potest de simpliciter primo mouente concedi: q̄ ipsum posset per accidens moueri Conclusio. Igitur in mouētiū genere: necesse est deuenire ad aliqd primū mouens oīno immobile**

Hec propositio maior est Aristotelis in littera. z deducitur rationibus ab eo sumptis Sed minor probat quia non potest moueri per accidens eo modo quo anime animalium dicuntur habere motum vel mutationē Tum primo. quia sic primum mouens esset forma subiecti corruptibilis. nec posset mouere perpetuo quod reputatur inconueniens. Tum secūdo. quia anima licz sit motor corporis aliquo modo quo ad motum localē. tamen simpliciter non est primum mouens. etiam respectu motuum sui corporis. Similiter non potest pmū mouens moueri simpliciter p accidens eo modo quo motores planetarū dicuntur moueri ad motum sui corporis. quia motores tales habent supra se alium motorem penitus separatum a quo mouentur. sicut appetit⁹ mouetur ab appetibili. quia cupientes formas practicas eis a primo mouente influxas deducere in executionem formarum naturalium incessanter mouēt sua mobilia ad explicandum huiusmodi formas in materiam istorū inferiorum prout determinatur in duodecimo metaphisice vbi Aristoteles complet in hac materia illud quod h manet in defectu. z sic patet veritas ppositionis Cōclusio patet ex dictis in maiore z minore simul vnitis.

Corrolarium primum. Conueniens est duplex primum mouens distinguere: z facile quibusdam instātijs satisfacere. Patz prima pars. quia quoddam est pmuz mouens in genere. scilicz eorum que mouentur. z tale est mouens de quo dictum est in questo precedenti. Aliud est mouens simpliciter primum quod ponitur penitus immobile. z de hoc consideratur in presenti questo. Secunda pars corrolarij patet. quia si alique instantie ptra processus Aristo. in rōib⁹ tactū possint adduci de illis facta est mentio in prima questione septimi. z ibidem st̄ solute. z ideo ad illam questionem recurrat qui eas quere re desiderat Corrolarium secundum. Necesse est motorem primum esse perpetuum z vnum. patet ex processu philosophi. qui has duas conditiones attribuit pmo mouenti. z postea addit terciam. scz q̄ nec est mobilis p se nec per accidens quam similiter probat Ad rationes. ad primam dicitur q̄ maior est vera in his que ponunt perfectionem. sed moueri non dicit perfectionem.

Ad secundam dicitur q̄ primum mouens non accipit scientias a rebus sicut nos. z ergo nō mouet ab intelligibili z appetibili Etiam intelligere z appetere nō sunt motus proprie dicti.

Atuero aliud facientibus principiū magis

**Circa initiū huius tercij tractatus queritur primo. vtrum localis motus: sit omnium motuum primus** Pro parte affirmatiua est Aristoteles in littera. Sed p parte negatiua arguit. quia sicut substantia est prior z perfectior aliis predicamentis. ita motus ad substantiam est prior z perfectior motibus ad alia predicamenta. Secūdo sic. in his q̄ generantur prius est generari. deinde alterari z augeri. et deinde moueri localiter. ergo motus localis erit posterior aliis motibus.

**Maior. Necesse est eundem esse motum q̄ est primus: et qui est continuus et sempiternus Minor. Sicut augmentatio presupponit alterationem: ita alteratio loci mutationem**

**Conclusio. Igitur motus localis omnibus modis prioritatis: debet dici prior motibus aliis**

Propositio maior patz. quia ante sempiternum nihil est. ergo ille motus qui est sempiternus sicut est motus localis est prior aliis Minor similiter patz in littera. quia oportet prius alimentum alterari anteq̄ coniungatur alito. Etiam si debeat fieri noua alteratio oportet q̄ per motum localem alteratum de nouo coniungatur alteranti Cōclusio patet inductiue. quia si aliquis aliorum motuum debeat esse requiritur motum localez esse non autem econtra. Similiter motus localis est prior tē pore loquendo simpliciter. quia ille est perpetuus. vt patebit inferius. Etiam est prior fm perfectionem prout perfectio ipsius motus accipitur ex parte mobilis. videm⁹ enim in animalibus q̄ maiorem requirūt perfectionem vt moueantur fm motum localem q̄z fm alios motus. Vnde pro regula ponit hic Aristoteles q̄ posteriora fm viam generationis sunt priora fm viam perfectiōis. Similiter videmus q̄ motus localis nō ꝑpetit oībus viuentib⁹. sz solū animalib⁹. nec oībus aīalib⁹ sed solū pfectis.

Corrolarium primum. Rationabile est a solo motu locali: dici simpliciter aliquid moueri. patet quia si aliqd

moueat continue in eodem loco. cuius alteretur aut augmentetur. tamē non dicitur ita proprie moueri sicut quādo mutat locum sicut dicitur in littera. z merito. quia p̄mum in vnoquoq; genere est maximum z mensura aliorum Corrolarium secundum. Solus motus circularis est aliorum motuum primus. patet per rationes Aristotelis in littera. Tum primo. quia perpetuum est priꝰ corruptibili. sed inter motus locales nullus potest esse perpetuus nisi circularis. vt etiā ostendit philosophus. Tū secundo. quia perfectum est prius imperfecto. sed motꝰ circularis est perfectus. quia copulat finem principio.

Corrolarium tercium. In motu circulari: non potest contrarietas assignari. Patz per Aristotelem hic z in p̄mo celi. quia nō videtur per quem modum in tali motu contrarietas ymaginari posset. Est tamen verū q̄ Aristoteles hic admittit contrarietatem largo modo dictā

Ad rationes. ad primam dicitur. q̄ simpliciter z per comparationem ad mouens z mobile sicut motus localis precedit motum generationis. licet loquendo de perfectione intrinseca motus generationis sit perfectior. et vt sic prior Ad secūdam dicitur q̄ in quodam genere mobilium scilicet generabilium z corruptibilium generatio precedit alios motus. tamen simpliciter motus localis est prior aliis.

**Queritur secūdo** Utrum necesse sit omne qđ mouetur reflexe: in puncto reflexionis quiescere Pro parte affirmatiua est litteralis sententia philosophi. licet latenter in duobus locis det occasionem meditādi de opposito. Sed pro parte negatiua arguitur dupliciter. primo. quia si faba sursum proiecta obuiet magno molari cum impetu deorsum descendenti non videtur q̄ desciat in puncto reflexionis. Aut si quis murem currentem retrahat per filum pedi alligatum non videtur facere q̄etem in puncto reflexionis. Secundo sic. si lapis sursum proiectus quiesceret sequeretur q̄ graue existēs sursum z non prohibitum descenderet. qđ falsum est.

**Maior. Nunq̄ motus reflexus: cum motu priori est vnus et continuus. Minor. cū tum est ex parte reflexionis sic motus reflexꝰ: est a priori motu per quietē interruptus Cōclusio. Igitur in omni eo quod mouetur reflexe: necesse est q̄etem interuenire.**

Maior propositio sic manifestatur. quia cōtrarij motus non sunt vnus motus continuus. sed primus motus z secūdus reflexus sunt ptrarij. igitur zc. Minor patet per Aristotelem in littera qui signanter adducit duas rōes ad istud que videantur ibidem simul cū ratione Xenonis. que ex p̄ma ratione phi soluitur Conclusio colligatur ex pho cum probationibꝰ necessarijs

Corrolarium. Nullū signum in spacio signatum: est actu medium respectu motus continui aut finis vel p̄ncipium. patz duobus cōcessis principijs. primum q̄ tria sunt in magnitudine que ptransitur. scz principiū medium et finis. ita q̄ medium ad vtrumq; vtroq; modo se habet. quia respectu principij est finis. z respectu finis est p̄ncipium. Secundum est q̄ aliud est esse in potentia z aliud in actu. Ex his Aristoteles deducit hoc corrolarium.

Ad rationes. ad primam dicendum est q̄ in tali casu mobile reflectitur per accidens z nō per se. quare nō oportet mobile quiescere. Ad secundam dicitur q̄ lapis habet prohibens scz virtutem violentie que sufficit detinere mobile contra suum motum. licet nō sufficiat amplius mouere mobile cōtra eius motum.

**Queritur tercio** Utrum solus motꝰ circularis sit continuus z perpetuus: ac omnium aliorum motuum primus.

Pro parte affirmatiua est diffuse Aristoteles in littera. Sed pro parte negatiua arguit. q̄ si sic sequeret q̄ motus circularis esset infinitꝰ quod est impossibile. quia est inter duos terminos finitos Secundo sic. generationes z corruptiones sunt perpetue. ergo non solus motus localis.

**Maior. Solus motus circularis excludit conditiones: perpetuum esse motum prohibētes Minor. Autoritate probatur omnium philosophorum: solum motum localem esse p̄mum motuum Conclusio. Igitur motus localis nō solum est perpetuus. sed etiam omnium motuū simpliciter primus.**

Propositio maior pt̄z. quia nulla est repugnantia sue perpetuitatis. sed natura sua habet aptitudinem ad perpetuam durationem. cuius de motu recto sit oppositum vt patet ex differētijs vtriusq; motus. quarum prima ē. quia in motu circulari mobile fm eandem positionē redit ad punctum a quo exiuit. non autem sic est de motu recto. quia dextra pars fit sinistra si eadem pars que primo exiuit debeat primo redire. Secunda differentia. q̄ circularis est de eodem ad idem. econtra autem est de recto. quia motus reflexus non est continuus cum primo motu. vt visum est supra Tercia quia circularis copulat principium cum fine. non autem sic est de recto. quia est inter oppositos terminos Minor est philosophi in littera qui eam ostendit autoritate multorum antiquorum Et est ad hoc ratio. quia perpetuū est prius corruptibili. sed solus motus localis est continuus z perpetuus. vt etiam ostensum est superius. igit. Etiam perfectum prius est imperfecto. sed circularis est perfectus. quia copulat finem principio Conclusio sequitur ex premissis

Corrolarium primum. Bene dicit philosophus primo celi q̄ motus circularis: non est fm se alicuius corporis elemētaris. patet quia passio non excedit suum subiectum. cum igitur motus circularis fm se sit aptus ad perpetuitatem constat q̄ nō debetur p̄mo z per se corpi corruptibili. Et ergo si inueniatur in tali corpore hoc est per participatiōem cum corpore superiori Corrolarium secūdum. Rationabile est motum circularem esse regulārem: z aliorum motuum mensuram. patet quia primus in vnoq; genere est mēsura aliorꝰ z minoris variatiōis. vt dr quarto huius z. xij. metaphisice Ad rōes. ad primā dicit q̄ motus circularis est infinitus fm duratiōem perpetuam. sed nō est infinitus fm terminos Ad secdaz dicitur q̄ continuitas que est in generatiōibus z corruptionibus nō est continuitas simpliciter

Q autem necesse est impartibile esse z nulla

# Circa p̄incipiū quarti

tractatus q̄ritur p̄mo. vtrum primus motor sit infinitꝰ

vigoris: z nature intellectualis Pro parte affirmatiua est processus philosophi hic z alibi Sed p parte negatiua arguitur primo sic. quia Arestoteles ꝓbat totuz vniuersum esse finitum vt patet primo celi. z nullū posse esse corpus infinitum. ergo nullum erit tempus infinitū Tenet ꝟsequētia. quia infinitas temporis ꝓueniret ex pte mobil' ptranseūtis punctū in spacio signato Scdo sic qz nullus effectus videtur infinitus. sed magnitudo virtutis cognoscitur ex effectu Tercio sic. oīa eterna sunt neccāria. sed fm Arestotelem primus motor ab eterno mouit. ergo mouet de necessitate z non libere fm intellectū z voluntatem Quarto sic. si essz intellectualis nature tunc posset velocius aut tardius mouere aut omnino a motu cessare propter libertatem ipsius voluntatis. sed illa sunt absurda apud Arestotelem.

**Maior. Virtutem finitam mouere: p tempus infinitum est impossibile Minor. Mouens primum existens intellectualis nature: mouet in infinito tempore Conclusio. Tenendum est igitur philosophum voluisse: primum motorem esse infinite virtutis et intellectualis nature.**

Ad probandum maiorem Arestoteles tria supponit. ꝓmo q in causa motus sunt tria. s. mouens mobile z tempus. Secundo sit mouens finitum a. sit mobile finitum b. z tempus finitum c. Tercio pars mouentis sit b et pars mobilis finiti sit e. pars tēporis infiniti finita sit z Tunc arguitur sic. si a mouebat b in c. tunc d mouebit e in z. sed d potest totiens sumi q consumet totum a. z sic e consumet totum b. cum illa sint finita. Sed z nunqꝫ potest consumere totum c. cum e sit infinitum. ergo c non erit adequatum tempus in quo mouebitur b Minor habet duo complexa. ꝓmum probat. quia phs probat q primus motor sit incorporeus z sine magnitudine. ex q̄ sequitur q sit nature intellectualis. Sed scōm complexum patet ex his que dicta sunt supra in octauo. vbi probatum est q primus motus nō incepit nec desinet. sz est perpetuus. z sic est fm tempus infinitus. quare oportet primum motorem mouere in tempore infinito Conclusio sequitur ex premissis. Correlarium primum. in magnitudine finita: nō potest esse virtꝰ infinita Correlarium secūdum. Nullum corpus infinitum in magnitudine: est virtutis finite precise. Illa duo correlaria patent ex declaratione textus. Correlarium tercium. instantie facte cōtra prememorata: solui possunt facili causa. Patet quia licet totum vniuersum sit finitū. nec possit esse aliquod corpus infinitum. tñ ex ratione philosophi ostenditur q virtus primi motoris est sufficiens ad mouēdum infinitū mobile. Nec est incōueniens si effectus nō capiat tātum quantū est in causa. Est tamē vez q primum mobile habet quādam similitudinem cū infinito vt dicitur tercio huius. qz circulus est quodammō infinitus. Similiter nō procedit secunda instantia. quia modus causandi interdum magis designat virtutē cause q̄ ipse effectus. cum igitur fm philosophum ꝓma cā sit causa totius entis nō presupponens aliquod subiectum. ideo cōcludi potest infinitas sue virtutis Ad terciā et quartam diceret Arestoteles q propter immutabilitatem prime cause ea que a prima causa procedūt fierēt necessario z immutabiliter nō obstante q per intellectuz et volūtatem ageret. quemadmodum in principio huius octaui habitum est q Arestoteles non potuit videre q mundus z motus inciperent aut desinerent permanēte voluntate primi motoris immutata. et eodem modo se habente.

**Queritur secūdo** Utruz motus proiectorum fiat a pluribus motoribus: sit proprie vnus z cōtinuꝰ

Pro illius questiōis parte negatiua z vera est Arestoteles in littera Sed pro parte opposita arguitur. proiecta mouentur ab impetu impresso. ergo nō mouentur a pluribus mouentibus. Antecedens probatur. qz nisi poneretur impetus nō posset videri vnde velocitaretur motus corporum ad sua loca naturalia. z quare nō potest homo se sistere in descensu vallis quādo currit si nō generetur impetus Secundo sic. quia si sagitta emittatur a balista. tunc eius motus videtur vnus et continuus.

**Maior. Motus proiectorum non continuatur a proiciente: sed a medio propellente. Minor. Proiecta mouentur a pluribus: cosequenter se habentibꝫ Conclusio Quāuis igitur motus proiectorum non sit per quietem interruptus: proprie tamen non est vnus neqꝫ continuus.**

Propositio maior patet ex determinatiōe philosophi hic in littera z in tercio de celo. Et declarat eam hoc modo. quia proiciens lapidem simul mouet medium. cui duo attribuit. scilicet mouere z moueri. non autem oportet q si cesset ipsum moueri q etiam cessz ipsum mouere cuius signum est. quia cum moueri sit completum. tunc maxime ipsum quod mouebatur potest mouere. Sicut subiecto producto ad summum calorem nō amplius calefit. sed potest calefacere. Et similiter illud secundū mouens dat parti proxime moueri z consequenter mouere et ita vlterius donec remittendo non datur nisi moueri et tunc cessat motus totus Minor patet ex dictis. quia exempli gratia lapis mouetur a pluribus partibꝫ aeris consequenter se habentibus. Prima pars conclusionis patet. quia sagitta ab arcu emissa non quiescit nisi vsqꝫ ad determinatam distantiam. vt supponitur. et ita est vnitas mobilis temporis z vbi ad quod est motus. Secunda pars patet. quia in tali motu sunt plura mouentia sibi succedentia propter que fiunt diuersi impulsus z irregularitates Correlarium. Si proiectuz moueretur per impetum: sequeretur q lapis proiectus sursum semper continuaret motum suum. Patz sequela. quia illa forma scilicet impetus predominatur forme grauitatis. z quia motus naturaliter fluit ab illa virtute sequitur q nunqꝫ vinceretur. verbi gratia si a calidita/te aque flueret adintra calefactio conseruans calorem sicut impetus generat motum nunqꝫ aqua calefacta frigefieret nisi superueniret extrinsecum frigefaciens predominando Ad primam dicitur q illa velocitas non est propter impetum. sed propter dispositionem ad motum velociorem ex parte suscipiētis. nam prior pars motus est via quedaz vt a grauitate fluat intensior motus. et sic semper vlterius. Ad secundam quid sit dicendum patet ex dictis.

**Querit tercio** Utrum primus motor impartibilis: habeat virtutem organicam alicuius corporis. Pro illius q̄ siti responsione notandum est q̄ aliquid dicitur imparti bile siue indiuisibile multipliciter. uno modo sicut uni tas vel punctus q̄ sunt de genere quantitatis sicut eius principia. Alio modo aliquid est indiuisibile tam̄ exi stens extra genus quantitatis. sicut substantie separate dicuntur indiuisibles. Similiter etiam duplex est virt⁹. quedam est que determinatur ad certam partem subie cti. sicut virtus oculi vel alterius sensus Alia est virtus separata non coniuncta materie. sicut intellectus est vir tus anime. Istis sic notatis patet luce clarius q̄ prima pars quesiti est affirmatiua t secūda est negatiua Sz contra hoc arguitur primo sic. primus motor est in circū ferentia primi mobilis. sed omnis forma que est in ma teria quantificatur ad quantitatem sue materie. ergo p̄ mū mouens habet magnitudinem Secōo sic. finitum vel infinitū soli quātitati conuenit. sz primū mouēs est infi nite virtutis. g̃ est quantū t partibile.

**Maior. Primus motor est impartibilis: sicut existens omnino extra genus magnitu dinis. Minor. Virtus primi motoris: nō est virtus organica alicuius corporis. Cō clusio. Igitur impossibile est primum mouēs immobile: habere magnitudinem aut virtutē in corpore.**

Propositio pro maiore posita sic ostenditur. quia si ha beret quantitatem dimensiuam aut haberet magnitu dinem finitam. t si sic non esset infiniti vigoris. cuius op positum superius dictum est. aut haberet magnitudinē infinitam. sed hoc non quia nulla talis est. Q̄ autem sit extra genus. patet quia est motor totius nature eam to tam t totaliter trāscendens Minor propositio sic pa tet. quia virtus organica determinatur ad magnitudi nem dimensiuam. sed primus motor est absolutus a ta li magnitudine. vt dicit precedens propositio. igitur tc̄.

Conclusionis veritas patet ex premissis Corre larium primum. principium influentie motus continui: est in circūferentia mobilis primi. patet quia vbi motus est velocior ibi principium motus est ponendum. vt dici tur in littera. sed velocior est motus in circūferentia pri mi mobilis. et inde alie spere participant suum motum diurnum. quia p̄mus motor est causa motus diurni ab oriente in occidens. Et ergo ad hunc sensum posset con cedi de p̄mo motore q̄ sit in dextra parte celi. id est in ori ente. quia ab illa parte celi recipitur influentia ad motuz circularem. Quod nō est sic intelligendum q̄ aliqua de terminata pars sit semper oriens. eo q̄ virtus motoris primi non est affixa alicui parti sicut organo. sed quecū q̄ pars fuerit in oriente recipit influxum inchoandi mo tum Corrolarium secundum. deus gloriosus sm̄ po sitionem Aristotelis: non est motor proprius primi mo bilis. Patz primo ex communi positione peripatheticō rum inter quos princeps t dux eorum est Aristoteles qui ponunt corpora celestia animata. t per consequens motor proprius respectu corporis celestis est anima. nō autem deus gloriosus. Rursus idem patet ex processu Aristotelis in vlo octauo. quia in genere eoruz que mo uentur quod mouetur naturaliter est prius eo quod mo uetur violente. t quod mouetur a se est prius eo q̄ mo uetur ab alio. Et per consequens in genere mobilium primum mobile mouetur a p̄ncipio intrinseco. sicut ani mal mouetur ab anima Corrolarium tercium. Vir tus simpliciter primi motoris: est origo omnis virtutis Patz quia propter eius excellentiam in primo simplici ter motore qui est deus gloriosus. ipsa virtus est ipsa cēn tia primi motoris a qua ceteris fit participatio quicq̄d bonitatis in se continent. Ad rationes. ad primam dicendum q̄ primus motor est in circumferentia primi mobilis nō sm̄ determinationem sue substantie. sed sm̄ influentiam motus. vt patet ex dictis Ad secundam respondetur q̄ primus motor non est infinitus infinita te quantitatis dimensiue. sed infinitate virtutis. Et er go dicit autor libri causarum q̄ primum infinituz est vir tus virtutum a qua descēdunt relique bonitates. quas nobis largiri dignetur ipse autor t fons virtutum deus gloriosus in secula seculorum benedictus Amen

**Finis positionum circa oc to libros phisicorum que sunt ad opponendum t respondendum multum necessarie.**

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DUSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf